Medium autem secundi climatis habet diem. xiii. horaꝝ ⁊ dimidie ubi eleuat̃ polus. xxiiii. gradibus ⁊ quarta vnius. Medium tercii habet diem. xiiii. horaꝝ vbi eleuat̃ polus. xxx. gradib⁹ ⁊ dimidio. ⁊ quarta vnius. Medium quarti habet diẽ. xiiii. horaꝝ ⁊ dimidie vbi pol⁹ eleuatur xxxvi. gradib⁹ ⁊ duab⁹ quītis. Medium quīti habet diẽ. xv. horarũ vbi eleuat̃ pol⁹. xli. gradib⁹ ⁊ tercia vnius. Medium sexti habꝫ diem xv. horaꝝ ⁊ dimidie vbi polus eleuat̃ quadragitaquīq̧ gradib⁹ ⁊ duabus quintis. Mediũ septimi habꝫ diem sexdecĩ horaꝝ ⁊ eleuat̃ polus quadragitaocto gradib⁹ ⁊ duabus terciis. De. īiciis vero ⁊ finibus climatum ⁊ eleuatione poli ĩ eis remitto ad tractatum de spera ⁊ alios qui super hiis particularius tractãt. Hic autem dicere sufficiat ꝙ in fine septimi climatis maxima dies est. xvi. horarũ ⁊ quarte vnius ⁊ ibi eleuat̃ polus quinquagīta gradibus ⁊ dimidio. vnde patet ꝙ cũ Parisius eleuatur polus fere. xlix. gradibus. ibi est quasi medium septimi climatis. Et hec de climatibus sufficiant.

De anteclimatibus ⁊ postclimatib⁹ Ca. vndecimũ.

Sicut patet ex predictis climata simul sumpta terminãtur per duas lineas. quarũ vna incipit primum clima. ⁊ est circa equinoxialẽ p duodecim gradus cum dimidio. ⁊ alia terminat septimum clima. Et habitationes que sunt vltra primam lineam vocant aliqui anteclimata. et que sunt vltra secundam vocant postclimata. Modo sic est ꝙ experiẽtia ⁊ auctoritate multiplici probatum est ꝙ non solum septẽ climata habitantur. sed quarta terre ⁊ plures longe hominuꝫ continet nationes. vnde

vltra primam lineam ponunt auctores plures habitationes. Nam secũdum Plinium libro secundo ⁊ quinto ⁊ sexto Et secundum Ambrosium in exameron libro quarto Sunt aliqui qui per duos dies anni sine vmbra sunt in partibus meridianis eo ꝙ Solem habentes super verticẽ suum vndiqꝫ per circuitum illuminantur. vnde Ascii dicũtur id est sine vmbra. ⁊ amphitii. id est circũumbrati. ⁊ hii sunt sub eqnoxiali. Et hec gẽs secundum Plinium in Indoia Orestes dicuntur ⁊ Menodes ⁊ Symari. Apud quos est mons Malcus nomine In quo vmbre per senos menses sic variantur. Sed adhuc vltra equinoxialem ponit Haly duas ciuitates. quarum vna dicitur Deleyt/ cuius longitudo est centum vigintiduorum graduum/ ⁊ latitudo trium. Et alia dicitur Baraya. cuius longitudo est centum vigintiquinqꝫ graduũ/ ⁊ latitudo trium. Adhuc autem quod plus est inuenimus secundũ Plinium habitationem esse sub Capricorni tropico ⁊ vltra. Nã regio Pathalis insula dicitur habens portuꝫ celeberrimum vbi vmbre solum in meridie cadunt/ ergo habitatores eiꝰ habent semper Solem ad Aquilonem. Et idem refert libro sexto de insula Taprobane de qua homines cum Romam venissent Claudii principatu mirati sunt ꝙ vmbre eorum cadebant in Aquilonẽ ⁊ sola meridie oriebatur. Et est ad oppositum Indie versus orientem secundum Albategni. de qua postea plenius dicam. Insuper Ptholomeus in libro de dispositione spere ponit ꝙ natura exigit vt sint duo genera Ethyopũ sub duobus tropicis. Nec obstat secundũ aliquos naturalis celi dispositio que propter Solis propinquitatẽ facere videretur locum inhabitabilem propter calorem. Nam propter alias dispositiones locorum vt propter altitudinem montium prohibentiũ caloreꝫ aut propter alias causas possunt ibi esse loca habitabilia maxime in locis subterraneis quãdo Sol est citra oppositum augis. Et sic potest Plinius saluari de habitantibꝰ sub tropico Capricorni. de quibus potuit certificari per eos qui venerũt Romam de Taprobane insula. ⁊ per eos qui de Roma ad eos missi sunt. Licet autem locus vltra tropicum Capricorni secundum aliquos sit optime habitationis. quia secundũ Aristotilem ⁊ Auerroim libro celi ⁊ mũdi ibi est superior ⁊ nobilior pars in mundo. propter quod est aliquorũ opinio ꝙ ibi sit paradisus terrestris. tamen non inuenimus apud aliquẽ actorem terram illã describi. Quantum vero habitetur versꝰ Aquilonẽ Plinius ostendit libro quarto per experientiã ⁊ actores varios. Naꝫ vsqꝫ ad illum locum habitatur vbi extremi cardines mundi sunt. ⁊ vbi est dies per sex menses ⁊ nox per tantum. Et Marcianus in hoc concordat Vnde volunt ꝙ ibi sit gens beatissima que non moritur/ nisi facietate vite. ad quam cum venerit precipitat se alto saxo in mare. ⁊ vocantᷣ yperborei de Europa ⁊ Arumphei in Asia. Quantum vero ad lineam que terminat climata versus occidens. Pauca aut nulla est habitatio nisi forte

alique parue insule. q2 ibi est maius mare quod vocatur Oceanus. Et ibi sicut dicit Haly erāt ymagines in certis insulis. quaꝝ quelibet tenebat signum ꝙ vltra nō erat habitatio quas posuerat Hercules. vnde vocantur gades seu columne Herculis. Et dicūt aliqui ꝙ similiter posuit ymagines vers9 oriens sicut Auerroys super secūdo celi ⁊ mūdi. de his ymaginibus facit mentionē ⁊ dicit se eas vidisse ⁊ esse prope Hyspaniā id est Africā vt supra tactū ē. ⁊ magis infra dicet' vbi tractabit' de mari Oceano. Quantū autē ad lineam que terminat climata vers9 septētrionem vltra eā multa ē habitatio. sicut Anglia. Scotia. Dacia. Norwegia ⁊ plures alie regiones. quaꝝ vltima secundū aliquos est insula Tyle. Et scdm Aristotilē ⁊ Auerroim i fine secūdi libri de celo ⁊ mūdo. Finis terre habitabilis vsus oriēs. ⁊ finis terre habitabilis vers9 occidens sunt satis prope. ⁊ in intermedio ē paruū mare. quantū ad latitudinē licet per terrā sit maius spaciū ꝗ sit medietas circuit9 terre. Et ideo si climata se ꝯtrahant ad finē occidētis sicut dicūt actores ⁊ non teneāt in longū nisi medietatē circuit9 terre sequit' secundū Auerroim ꝙ climata se non extendāt vsꝫ ī finē oriētis. ⁊ ꝙ magne sunt habitationes vltra scꝫ extra climata vers9 oriēs. vnde necesse ē ꝙ climata vel eorū aliqua sunt lōgiora ꝗ ponūt astrologi. Et hec de hiis q̄ sunt extra climata breuiter dcā sūt.

De locis inhabitabilibus. Capłm. xii.

Uia vero dictū est de locis habitabilib9 tā in climatib9 ꝗ extra/cōsequēter aliqd dicere expedit de locis inhabitabilib9 Vbi sciendū ē ꝙ queādmodū medici dicūt ꝙ ad cognoscendū naturā corporis humani oportet ꝯsiderare ad radicē superiorē. scꝫ ad celū ⁊ ei9 dispositionem Ac etiā ad radicē iferiorē. scꝫ ad ꝯplexionē ⁊ dispositionē psone Cōsimiliter ē in proposito ꝙ ꝗtum ad habitationē terre vna cā generalis ē respectu celi. scꝫ moderatio seu tēperātia distātie vie Solis. Quia nimia ei9 distātia vel nimia propīquitas ē causa nimii frigoris vel caloris. Sed alie pnt esse cause speciales respectu terre Inter quas possum9 tres pricipaliter assignare. que faciūt aliquā partē terre inhabitabilē. Etiā in couenienti Solis distātia ⁊ infra climata. Vna ē qn̄ illa pars ē cooperta mari vel ipedita aquis. Alia ē quādo illa terra ē sterilis ⁊ infructuosa vel serpentib9 aut malis bestiis occupata sicut est de aliquib9 desertis ac montib9. Tercia est dispositio seu figura aliquoꝝ locoꝝ seu montiū aut valliū q̄ sunt inhabitabiles propter excessum caloris aut frigiditatis. vel q2 aer ē nimis subtilis aut nimis gross9. aut propter aliquā aliā dispositionem aeris q̄ nō est humane nature cōueniens. Sed etiā p ꝯtrariuz possibile ē ꝙ in discōuenienti distātia Solis aliqs loc9 qui ꝗtum ad hoc essꝫ inhabitabilis propter cconursum trium causaꝝ predictis tribus oppositarum esset ad habitandum valde cōueniens. Et sic dicūt historie ꝙ mōtes Yperborei sunt valde boni tēperamēti ⁊ habitātes ibi sunt valde lōgeui. Adeo

ꝙ quandoqȝ propter tedium vite oportet aliquos interficere. ⁊ tamen illi montes sunt lõge extra climata versus septentrionẽ. Et causam huius declarat Linconiensis dicens ꝙ hoc est propter figuraȝ ⁊ dispositionem horum montium. quia habẽt superficiẽ versus Solem politã ⁊ concauam Jdeo recipiũt ⁊ retinẽt cõuenienter lumẽ Solis ⁊ inde calorẽ sufficientẽ. ⁊ tuent' habitãtes a ventis terre. ⁊ ꝓpter has duas causas nõ ẽ ibi tantum frig⁹. Unde patet ꝙ si cause speciales bone habitationis conuenirent seu cõcurrerẽt cũ generali. videlicet ꝙ terra esset bene fertilis. ⁊ bene situata ad Solẽ ⁊ cũ bono aspectu celi/ tunc talis regio esset optime tẽperata. ⁊ verisimile ẽ ꝙ paradis⁹ terrestris talis sit. ⁊ forte etiã talis ẽ loc⁹ quẽ actores vocãt insulas fortunatas. Ex premissis etiã manifestum ẽ ꝙ ex parte cause generalis supradicte quatuor extremitates terre etiam inter lineas climatũ cõstitute non sunt bene habitabiles ⁊ specialiter due extremitates quaꝝ vna ẽ v̾sus meridiẽ ⁊ alia vers⁹ septẽtrionẽ. Et ideo dicũt Ptholome⁹ ⁊ Haly ⁊ alii antiqui actores ꝙ in his duab⁹ extremitatibus sunt hoĩes siluestres comedẽtes humanas carnes. ⁊ qui habẽt facies corruptas ⁊ horribiles. ⁊ causa est secundum Haly distẽperantia illarum regionũ in caliditate ⁊ frigiditate. propter quam corpora sunt inordinate cõplexionis ⁊ male ⁊ turpis cõpositionis. Jdeo sunt maloꝝ morum ⁊ siluestris cõuersationis. vnde sunt ibi gẽtes seu bestie ⁊ mõstra tam horrẽde figure vt vix possit discerni si sint homines vel bestie. sicut recitat beatus Augustin⁹. Et Haly allegat Hermetẽ dicentẽ ꝙ in duab⁹ extremitatib⁹ habitant mali spirit⁹ ⁊ dyaboli ac bestie maligne nocẽtes hominibus. Sciendum tamen est ꝙ alie due extremitates scilicet illa q̃ est versus oriens. ⁊ alia que est versus occidens non sunt ita male habitationis. q2 non sunt ita distẽperate nisi inq̃tum participant cum aliis duabus in quatuor ãgulis terre habitabilis. Nam iste in aliis suis partibus sunt satis temperate ⁊ in conuenienti distantia Solis

De differẽtia locoꝝ habitabiliũ Caplm. xiii.

C Onsiderãdum est etiã ꝙ loca terre habitabilis alia a quatuor extremitatibus supradictis habent differentiã ꝯplexionũ et cõditionuȝ secundum longitudinem ⁊ latitudinem climatum. Sed tamen est maior differẽtia secundũ latitudinem. Nã sicut docet Aristotiles libro politice Jlli qui plus sunt versus meridiem maioris sunt intellectus ⁊ prudẽtie sed minus fortes ac minus animosi et audaces. Jdeo aliis subiecti fuerũt antiquitus Econtra vero illi qui plus habitant versus septẽtrionẽ sunt magis audaces ⁊ minoris prudentie ⁊ fortiter custodiũt libertates suas Et dicit ꝙ Greci sunt medii. ⁊ habent sufficientem fortitudineȝ ⁊ prudentiam. vnde concludit ꝙ secundum naturam habiles sunt ad habendũ sup alios dominium qui sunt versus meridiem aut septentrioneȝ. Sed tamẽ vt experientia docuit non habuerunt diu tale dominiuȝ. Nam translatũ

fuit ad romanos· vñ credẽduz ē ꝙ ultra cām p̄dictā sunt alie cause ī celo fortiores ad manutenẽduz dñiuz regale ꝛ bonā policiā sicut forte motus augis sol' ꝛ octaue spere/ quoꝝ vterqꝫ ē ī cẽtuz ānis vno gradu. vl' aliqs ali9 mot9 celi q̄ p̄t eē cā disponēs ad bonū regimē policie l' ad tyrānidem disponẽtez ad diuisionē ꝛ trāslatōem dñū nūc ī vno nūc ī alio loco· Nō dico tñ ꝙ tal' mot9 celi sit cā ad hoc necessario cogēs ſꝫ qñqꝫ vehemẽter inclinans. Dicit etiā Ptholome9 ꝙ habitātes pl9 v̄s9 meridiē magis habiles sūt ꝛ magis īclinati ad artes mathematicas ꝛ sciaꝫ stellaꝝ. ꝛ dicit haly ꝙ sapiẽtiores fuerūt de tercio de q̄rto ꝛ quīto climatib9 ꝛ ꝙ Aristoti· fuit de q̄nto/ Ptholo· vero ꝛ Plini9 fuerūt d̄ tercio· hoc tñ nō est tenẽdū pro reg'la generalr̄ ſꝫ vt ī plurib9 cōiter· Quantū vo ad aliā d̄rām locoꝝ habitabiliū·s·scd̄m lōgitudinē climatū sicut iā dcm̄ ē ipa nō ē tāta nec tā nōbilis sicut scd̄m latitudinē. Et de hoc dicit Ptholome9 ꝙ illi q̄ sūt v̄sus orientem sunt fortioris cordis·ꝛ magis animū suū manifestāt· ꝛ dicit haly ꝙ nesciūt facta sua celare ꝛ hn̄t maiorē potētiaꝫ faciẽdi res mirabiles ꝛ sciẽdi astrologiā qꝛ ipi sunt ī oriẽte/ que ē dextera ps mundi et sunt magis de natura Sol' Sed ecōtra ps v̄s9 occidēs ē de natura Lune. ꝛ habitātes ī hus ptibus sunt otẽtiosi more mulieꝝ ꝛ qñ habēt victoriā de aduersariis suis ipsi eos occidūt ꝛ hoc faciūt magis ex timiditate animi qꝛ nimis timēt ne se vīdicēt si euadāt Et addit haly ꝙ hoc ē intelligēdum vt ī plurib9 qꝛ ī aliq̄bus hoībus posset otigere otrariū ſꝫ hoc nō ē cōiter· ꝛ ita ē dicẽduz de aliis oditionib9 supradictis. Ex p̄missis pꝫ ꝙ hii q̄ sunt de ptib9 septẽtrionalib9 aut occidẽtalib9 sicut in frācia vel anglia nō sunt cōiter habiles naturaliter ad sciendū astrologiaꝫ spāliter de iudiciis astroꝝ. Et scd̄m Ptholo· ī centilogio In hac sciētia illi modicū possunt proficere q̄ ad eā nō sunt habiles ex īclinatiōe nature· q̄re seq̄t' ꝙ scd̄m astrologiā tales ī iudiciis astroꝝ cōiter nō proficiūt. Quapropter parū dāda est eis fides maxime q̄tū ad iudicia q̄ respiciūt effect9 fortune· ꝛ hec/ sufficiāt de d̄rā locorū ꝛ varia oditiōe habitātiuz ī eis qꝛ ad particularia descēdere magis ad historiographos ptinet q̄ꝫ ad phōs. quia vero hic ꝛ sepe ī hoc scripto de oriēte ꝛ occidēte fit mẽtio/ sciẽduz ē ꝙ oriens ꝛ occidēs ī diuisiōe toti9 terre habitabilis nō sumunt' penes orizōta seu penes fines alicui9 orizōtis scd̄ꝫ ꝙ aliqñ d̄r oriēs ꝛ occidēs penes ortum ꝛ occasuz Solis Nā īfiniti sunt orizōtes tā obliq̄ q̄ꝫ recti· ꝛ sicubiqꝫ est oriēs respectu alicui9 orizōtis ꝛ vbiqꝫ occidēs. Sꝫ verū oriēs ꝛ occidēs sunt sub eq̄noxiali circulo ꝛ ī diuisiōe terre sumi debēt penes vltima terre vbi mare q̄d vocat' ocean9 deficit· ꝛ hoc ē ad ultimū habitabile vlterioris hyspanie pro occidēte ꝛ ad vltimū īdie vlterioris pro oriente. Et sic oriens terre d̄r esse prima pars terre habitabilis v̄sus orienteꝫ eq̄noxialis vel oriēs primi orizōtis terre habitabil' v̄s9 eq̄noxialē· ꝛ occidēs pro pte opposita sumit'· Cuilibꝫ tñ regiōi l' ciuitati p̄t assignari propriuz oriens

⁊ occidens vt patet in canonib⁹ astronomie ⁊ tabulis sicut de tholeto ad cuius meridiem facte sunt tabule tholetane actor nõ accipit lõgitudines ciuitatũ ab occidẽte sub equinoxiali sȝ sumpsit occidens sibi notum ⁊ certum respectu regionis sue. Sicut autẽ de oriẽte ⁊ occidente ⁊ eoꝝ varia assignatione dictum est/sic proportionaliter de meridie dici potest ⁊ de parte sibi opposita que est angulus noctis

De diuisione terre p tres partes scd̃m Cosmographos .Ca.xiiii.

Hucusq̃ de diuisione terre secundũ astrologos dictuȝ ẽ qui per diuisionem climatũ procedũt Nũc aliã diuisionem quã ponunt Cosmographi prosequamur. Sciendũ igitur q̃ secundũ Piniuȝ Solinũ Orosium Ysidorũ ⁊ plures alios cosmographos idest mũdi descriptores quibus etiam cõcordant aliqui astrologi sicut Abbategni Terra diuidit̃ in tres partes. scȝ Asyam Africam ⁊ Europam. ⁊ quãlibet illaꝝ partiunt̃ in plures regiones In quarũ descriptione principaliter sequar Orosiũ in libro de ormesta mũdi. ⁊ Ysidorũ libro xiiii. ethymologiaꝝ. qꝛ isti alios actores breuiter ⁊ fideliter recitarũt Ad materie tamen declarationẽ quãdoq̃ alia superaddã. Has ergo tres partes orbis veteres non equaliter diuiserũt. Nã Asya a meridie per orientẽ vsq̃ ad septẽtrionem peruenit Europa vero a septẽtrione ad occidentẽ. atq̃ inde Africa ab occidẽte vsq̃ ad meridiẽ. vnde euidẽter orbeȝ medium due tenent/Europa scȝ ⁊ Africa Alium vero dimidiũ sola Asya. Sed ideo ille due partes facte sunt quia inter vtrãq̃ ab Oceano mare magnũ quod mediterraneũ vocat̃ eas iter secando ingreditur. Orbem ergo terraꝝ maiores nostri tripharie diuidunt Asyam ab ortu Solis inter vtrumq̃ Oceanum versus occidentem vsq̃ ad Mediterraneum mare medietatem terre habitabilis continenteȝ deducũt. Hinc Europam ⁊ Africam ordientes. Europam vero inter mare mediterraneũ ⁊ Oceanuȝ borealeȝ sub occasu Gaditanis insulis terminant. Africam autem inter mare mediterraneũ ⁊ oceanũ australeȝ sub occasu athlantis monte concludunt. Asye partes generali diuisiõe quindecim numerant̃. videlicȝ India Parthia Mesopotamia Sirie pẽthapolis maior Egypt⁹ Seres Bactria Scithia supior Hircania Albania Armenia vtraq̃ Hyberia Capadocia postremo Asya minor. Haꝝ speciales subdiuisiones sunt. Indie pars oriẽtalis ẽ Ethiopia. Parthie quĩq̃. s. Regia Arthusia Assiria Media Parthia vl' Parsia. Mesopotamie tres Babilonia Caldea Arabia. cui⁹ ptes due sunt Nabathea ⁊ Sabea. Syrie tres. s. Cõmagena Phenicia Palestia. Sed Phenicie predicte due sunt Tyria ⁊ Sydonia. Siliter Palestine q̃tuor sunt partes Iudea Samaria Galilea Philistina. Asye vo minoris partes sunt nouẽ Bithinia vel Midonia Galachia Frigia Karia Lidia l' Meonia Pãphilia Ysauria Cilicia Licia. Europe partes generaliter deceȝ sunt Scithia iferior Germãia Mesya Tracia Grecia Pãnõia Histria Ytalia Gallia hyspãia

tabule tolletane ponũt [illegible] orientis longe plus [illegible] / sup capite s. [illegible]

Asie partes / sũt .15.

India pars orientalis e ethiopia [illegible]

Europe ptes /10/

Harũ subdiuisiones sunt. Scithie tres. s. Alania Dacia Gothia. Germanie due Alemãnia ⁊ Theutonia. Tracie due Morica ⁊ Rethia. Grecie octo. Dalmatica. Epyrꝰ. Illiria vel Dardania. Athyca. Cuiꝰ due partes sunt. Boetia Pelopol. Deide Tessalia. cuiꝰ due ptes. Pyeria ⁊ Archadia. Deide Macedõia Achaya Lacedemõia. Hystrie tres Maritima ⁊ Mõtana. ĩ medio võ ẽ karithia. Ytalie q̃tuor Tuscia ethruria Apl'ia ⁊ Cãpãia Gallie võ tres Belgica Rethia Aq̃tãia. Hyspãie autẽ ptes sunt Castella Arragõia Nauarra Galicea Portugalia Almaria Garnata. Tota vero Europa q̃tuor hꝫ regna pricipaliora. s. Grecoꝝ Ytaloꝝ Fracorum ⁊ Hyberioꝝ. i. Hyspanoꝝ q̃ plura habent partialia regna. Africe regiones sunt sep tẽ. s. Libia minor Pithacuꝫ vel Ceugis Carthago Numidia Getulia Mauritania Ethyopia occidẽtalis. Libie minoris tres sunt partes Cyrenẽsis Pẽthapolis minor ⁊ Tripolis. Mauritãie due scꝫ Sithifensis ⁊ tyngnitẽsis. Africe vero regiones ab oriẽte in occidentem porrigunt' sicut Ethyopes Nadabares ⁊ Nadabar loco nominat'. Deinde Garamãtes qui a Garama oppido dicunt'. Deide Libia cirenẽsis a Cirene ciuitate dicta postea Tripolitana sic dicta a tribꝰ ciuitatibꝰ suis. Deide Futhẽsis a Futh fluuio vl' a Futh filio Cham filii Noe. Porro Ceugis hꝫ Carthaginẽ Post quã sequit' Getulia. deide Numidia ab icolis passim vagãtibus sic vocata. Postea Thigitana a Thigi Metropoli dicta. Deide Mauritania a Mauro qđ ẽ nigrũ. Syrtes ãt a mari mediterraneo exeũtes vsq̃ ad Oceanũ athlãticũ in obliquũ ductũ porrecte diuidũt Ceugin Numidiã ⁊ Mauritaniã. A desertis Africe q̃ vltra (sunt

De partibꝰ Asie ⁊ pmo de India. Ca. xv.

Dicã ergo p ordinẽ de q̃libet illaꝝ triũ principaliũ orbis terre partium. ⁊ de regionibꝰ earũ a descriptione Asie sumẽs exordiũ. Que ex nomine cuiusdã mulieris sic appellata ẽ q̃ apud ãtiquos imperium tenuit oriẽtis. Hec tertia terre portio ab oriẽte ortu Solis A meridie oceano ab occidẽte nostro mari finit'. A sep tẽtrione Meotide lacu ⁊ Tanay fluuio terminat'. Et tribꝰ partibꝰ oceano circũducta p totã plagã trãsuersi oriẽtis extẽdit'. ⁊ versꝰ occasum a dextra Europã. a sinistra Africã dimittit Ipsa vero ad mediam partẽ oriẽtis habet in oceano Eoo ostia fluminis Gãges a sinistra promõtoriũ. Caligardamana. Cui subiacet ad eurũ insula Taprobane. Ex quo oceanꝰ Indicꝰ vocari incipit A dextra hꝫ Timani mõtis vbi Caucasꝰ deficit ꝓmontoriũ Samara Cui ad aquilonẽ subiacent ostia fluminis Othogore. ex quo Oceanꝰ Syricꝰ appellatur. In hiis finibꝰ India ẽ sic vocata ab Indo flumine quo ex parte occidentali claudit'. ⁊ rubro mari excipit'. Hec a meridiano mari vsq̃ ad ortũ Sol' porrecta. ⁊ a sep tẽtrione vsq̃ ad mõtem Caucasuꝫ puenit. Reliqua pars eoo ⁊ Indico oceano terminat'. Hec hꝫ gẽtes. xliiii. absq̃ isula Taprobane q̃ habꝫ decẽ ciuitates ⁊ absq̃ reliq̃s isulis habitabilibꝰ plimis. Inter

Africe partes. 7.

Sirtes zengin

fl. tanais lacus

fl. gãges / ostia

insula Taprobana.

m. timanus

fl. othogora /

fl. indus

m. caucasus

hꝫ india gentes 44 absq̃ insula taprobane que hꝫ decẽ ciuitatibꝫ: absq̃ reliq̃s insulis plimis.

quas habet Taprobanã gēmis ꝛ elephãtibus refertã Crisan ꝛ Argirem au ro et argento fecundas. Cilen quoqꝫ arborem foliis nunq̄ carentem ha bet ꝛ fluuios Gangen et Indum ꝛ Ypanen illustrantes Indos. Terra Indie Fauonii spiritu saluberrima i anno bis metit fruges vice hyemis Ethesias patiuntur. Gignit autē tincti coloris homines elephantes in gentes Monoceron bestiam Psitacum auem Ebenū quoqꝫ lignū. ꝛ plu res species aromaticas. Mittit ꝛ ebur lapides preciosos plurimos. Ibi sunt ꝛ montes aurei quos adire propter dracones ꝛ griffes ac immēso rum hominum monstra impossibile est. Hec India valde magna ē. Naꝫ secundum Plinium sexto naturalium Ipsa sola est tertia pars habitabi lis ꝛ habet gentes centū ꝛ. xviii. Et ideo cum ipse dicat Europaꝫ esse ma iorem Asya non ibi includit Indiam sub ea. Dico igit̄ ꝙ frons Indie meridianus pellitur ad tropicum Capricorni propter regionem Patha lis ꝛ terrarum vicinarum quas ambit brachiuꝫ maris magnū descendēs a mari oceano qđ est inter Indiam ꝛ Hyspaniam inferiorem seu Africaꝫ de quo supra tactum est. Meridianū vero latus Indie descendit a tropi co Capricorni ꝛ secat equinoctialem circulū apud montem Malcū ꝛ regi ones ei contermina s. ꝛ transit per Syenem que nunc Arym vocatur Nā in libro cursuum planetarū dicitur ꝙ duplex est Syene. vna sub solsti tio de qua superius Alia sub equinoctiali circulo de qua nunc est sermo ꝛ hec est ciuitas Arym quam ponūt mathematici in medio habitationis sub equinoctiali. ꝛ distat equaliter ab oriēte ꝛ occidēte septētrione ꝛ meri die. vnde patet falsitas cuiusdam vulgaris opinionis ponētis Hierusalē in medio terre iuxta illud psalmi Operatus est salutem in medio terre quia loquendo simpliciter non est in medio terre habitabilis vt ostendūt ea que dicta sunt sed est quasi in medio climatum sicut supradictum est cū de climatib⁹ ageretur.

De mirabilib⁹ Indie. Ca. xvi

EX premissis manifestum ē q̄ magna est India in q̄titate. Sed ex sequētibus patet ꝙ ipsa non est minor in mirabiliū varietate. Nā i ea silue sunt altissime. In mōtanis quoqꝫ sunt Pigmei duoꝝ cubitoruꝫ homines quib⁹ bellū ē cōtra grues q̄ tertio āno pariūt octauo senescunt. Apud hos crescit piper colore quidem albo sed tamen serpentum qui ibi habitāt incendio nigredinem trahit. Sūt ibi Macrobii. xii. cubitoꝝ lōgi qui bellāt cōtra griffes. ꝛ corpora leonū habēt alasqꝫ et ungues p̄ferunt aquilaꝝ. Sunt ibi Agrote ꝛ Bragmani qui vltro in ignē amore alter al terius in fumis proiciuntur. Sunt ꝛ ibi Barbari qui parentes cōfectos senio solent mactare ꝛ eorum carnes ad epulandum parāt ꝛ impius iu dicatur qui hoc facere negat. Sunt et alii qui pisces crudos edunt ꝛ sal sum mare bibunt. Sunt ibi quedam hominuꝫ monstra vt qui aduersas habent plantas et octonos in pedibus digitos. Alii qui canina ca pita habent quibus vestis est pellis pecudum. et vox latratus canum.

canū. Sūt ⁊ ibi q̄dam mulieres que semel pariunt ⁊ canos part⁹ edunt q̄ in senectute nigrescunt ⁊ lōga tēpora etatis nō excedunt. Et alie q̄ quinquies pariūt. ſʒ part⁹ octauum nō excedit ānum. Sunt quoqʒ ibi monoculi qui ⁊ carismaspi vocant᷑. ⁊ scenopes qui ⁊ ciclopes dicunt᷑ qui vno tm̄ fulti pede aurā cursu vincunt ⁊ in terra positi vmbram sibi plāta pedis erecta faciunt. Alii quoqʒ sine capite quib⁹ oculi sunt ī humeris/ pro naso ⁊ ore duo foramina habēt in pectore/ setas quoqʒ habent vt bestie. Sunt ⁊ alii iuxta fontē Gangis fluuii qui solo odore cuiusdam pomi viuunt/ ⁊ si lōgius eunt pomum secū ferunt. moriunt᷑ vero si prauuʒ odorē trahūt. Sunt etiā ibi serpētes tā magni vt ceruos deuorēt ⁊ ipsum oceanum trāseant. Ibi quoqʒ alie mire bestie horrēdaꝝ formaꝝ. In Gāge quoqʒ fluuio sunt anguille tricētoꝝ peduʒ lōge. Ibi etiā quidā vermis ad instar cācri bina habēs brachia sex cubitoꝝ lōga q̄ elephātes corripiunt. Indicū quoqʒ mare gignit testudines de quaruʒ testis capatia hospicia sibi faciunt hoīes. Alia quoqʒ ibi mirāda eē legunt᷑. que ōnia narrare lōgum est. ſʒ ad actores remitto qui de hiis ⁊ aliis mūdi mirabilib⁹ tractāt sicut Plini⁹ ⁊ Solin⁹ atqʒ Ysidor⁹ specialiter libro xi. capitulo iii.

De partib⁹ Asie post Indiā ⁊ p̄mo de Parthia. Ca. xvii.

Sed iam ad terre diuisionē redeam⁹ Igit᷑ a flumine Indo quod ē ab oriēte vsqʒ ad flumen Tygrim quod est ad occasuʒ regiones sunt iste Arathusia Parthia Assiria Persida ⁊ Media. situ terraꝝ montuoso ⁊ aspero. Hec a septentrione habent mōtem Caucasum. A meridie mare rubrum ⁊ sinum persicum. In medio autem sui flumina precipitia Ydaspē ⁊ Arabin vel Arbin. In hiis vero sunt gētes. xxxii. Sed generaliter Parthia dicitur q̄uis scripture sancte vniuersam sepe Mediaʒ vocent a flumine Tygris vsqʒ ad flumen Eufraten. Aratusia regio ab vno ei⁹ oppido nominat᷑. Sed Parthiaʒ Parthi/ a Scithia veniētes occupauerūt eamqʒ suo nomine vocauerunt. vnde propter eorum inuictam virtutē et Assyria ⁊ reliquę supradicte proxime regiones a finibus Indie, vsqʒ ad Mesopotamiaʒ sibi Parthie nomen traxerunt. Regna in ea. xviii. sunt porrecta a caspio littore vsqʒ ad terram Scitharū. Assyria vocata est ab Assur filio Sem. q̄ eā post diluuiū pri⁹ icoluit Hec ab ortu Indiā. A meridie Mediā tāgit. Ab occiduo tygrim. A septētrione Caucasum montem vbi porte caspie sunt. In hac regione primo inuētus ē vs⁹ purpure ⁊ ide primo criniū ⁊ corpoꝝ vnguēta venerūt ⁊ odores quib⁹ Romanorum atqʒ Grecorū effluxit luxuria. Media ⁊ Persida a regib⁹ Medo ⁊ Parso cognoiate sunt q̄ eas ꝓuincias bellādo aggressi sunt. de q̄b⁹ Media ab occasu trāsuersa perthica regna amplectit᷑. A septētrione Armēia circundatur. Ab ortu mari caspio diuiditur. A meridie Persida. Et sunt Medie due maior ⁊ minor. Persida vo tēdēs ab ortu vsqʒ ad īdos ab occasu mare rubꝝ hʒ. ab aq̄lone vo Mediā tāgit. ab austro Carmaniā q̄

Perside annectit᷑ quibus ē Susa oppidoꝝ nobilissimū. In Persida p̄mo ars magica orta ē ad quā Nebroth gygas p⁹ ꝯfusionē liguaꝝ abijt ibi ꝙ Persas colere ignē docuit. ibiqꝫ solē colunt q̄ ipsoꝝ lingua el dicitur

De Mesopotamia ⁊ eius regionibus Capitulū. xviii.

POst Parthiam ⁊ mediā ⁊ adiacentes eis regiones seq̄t᷑ Mesopotamia Cui⁹ nomē grecā ethymologiaꝫ hꝫ. qꝛ in medio duoꝝ fluminū cōstituta sit Nā ab oriente Tygrim habet. ab occidēte Eufraten incipiēs a septentrione inter mōtem Taurū ⁊ Caucasum. Cui ad meridiē succedit Babilonia. deide Caldea ⁊ nouissime Arabia eudemon q̄ inter sinū persicum ⁊ sinū arabicū angusto terre tractu versus orientē extendit᷑ In his sunt gentes. xxviii. In Mesopotamia quoqꝫ ē ciuitas Niniue itinere triū dierū a Nino rege ꝯstructa ⁊ nominata. In ea est etiā Babilonie regionis caput Babilō ciuitas tā nobilis vt nō solū ab ea nominet᷑ Babilonia/ sꝫ Caldea etiaꝫ ⁊ Assyria ⁊ Mesopotamia in eiusnomen aliquando transierūt. Hanc Membroth gygas fundauit/ sꝫ Semiramis reparauit

Arabia appellatur q̄si sacra. hoc. n. significare interp̄tat᷑/ eo ꝙ sit regio odoriferos odores creans Hic eā greci Eudemō/ nr̄i vo beatā nominauerunt In cui⁹ saltibus ⁊ mirra ⁊ cynnamū ꝓuenit Ibi nascit᷑ auis Fenix/ sardonix gēma ⁊ hyris. Ipsa est ⁊ saba appellata a filio Chus qui nuncupatus est Saba. Sciendū tamen est ꝙ Arabia large sumpta habꝫ oms regiones ex vtraqꝫ parte maris rubri scd̄m Plinū ⁊ Alfraganū ⁊ phōs antiquos Speciali⁹ tamē accipit᷑ solū pro regione q̄ est a lingua maris rubri vsqꝫ ad Eufraten ⁊ sinū persicū vsus orientē ⁊ vsqꝫ Palestinaꝫ et Ydumeā vers⁹ septētrionēz ex vna sui parte. cui⁹ alia pars septētrionalis ⁊ magis oriētalis extēditur ad montē Lybani. ⁊ cōprehēdit totā terram Moab. ⁊ terrā filioꝝ Amon ⁊ regna Seon ⁊ Basan/ ⁊ aliq̄ eis ꝯiūcta. ⁊ sic vtit᷑ scriptura in Ysaia. vbi sub onere Arabie ꝯprehēdit᷑ Cedar Sic etiam mons Syna ē in Arabia sicut dicit Ap̄lus. Sed adhuc q̄nqꝫ magis stricte accipit᷑ vt excludat᷑ Pharam ⁊ Cedar ⁊ Madian ⁊ Epha ⁊ Saba ⁊ Eudemon. Nā sic tēpore Hieronimi ⁊ deinceps accepta est Arabia. qꝛ ipse dicit libro locoꝝ Pharam trans Arabiā esse Et sup Ysaiam dicit Madian ⁊ Epha ⁊ Cedar ⁊ Nabathean regiones eē trans Arabiā Qꝫ etiā Saba Thurea ⁊ Eudemon ⁊ tota regio Saba distincta sit similiter contra Arabiā hoc modo dictā/ pꝫ per eūdem i hebraicis q̄stionib⁹ Et vt ibi dicit de illa Saba thurea iquit Virgili⁹. Solis est thurea virga sabeis. vnde etiā de hac venerūt magi ab oriēte secundū euangeliū Non de Saba que ē in Ethiopia Nā illa ē in meridie.

De Syria ⁊ eius prouinciis Capitulum. xix

SYria generalr̄ noiat᷑ hiis maxias ꝓuīcias. s. Cōmagenā Pheniciā ⁊ Palestinā. cu⁹ ps ē Iuda absqꝫ saracēis ⁊ nabotheis quoꝝ gentes sunt. xii. Hāc Syriā Syr⁹ quidē phibet᷑ idigēa a suo noīe vocasse Sir⁹

Susa opidū nobilissimū / hic orta ē ars magica / vbi p⁹ colunt ignē /
Babilonia
Caldea
Arabia
vbi fit ciuitas niniue
vbi nascit᷑ auis fenix
Arabia. ipa ē saba appellata
quomodo debꝫ intelligi sitꝰ arabie
Saba
venerūt magi ab oriēte de saba nō de illa q̄ ē in ethiopia

ei9 ĩ magnā lōgitudinē porrect9 ĩ lato āgustior ē. Hec. n. ab oriēte fluuio Eufrate. ab occasu mari nr̄o. ⁊ Egypto termiat' tāgēs a septētriōe Armeniā ⁊ Capadociā. a meridie sinū arabicū. Cōmagēa pma puīcia Syrie a vocab'lo Cōmage urbis nūcupata ē q̄ quōdā ibi Metropol' habebat'. Hui9 ē a septētriōe Armēia. ab ortu Mesopotamia. a meridie Syria. ab occasu mare magnū. Feniciā ex suo noie appellauit Fenix Cathini fr̄ q̄ de Thebis egyptioꝝ ĩ Syria pfect9. In illa puīcia apd Sydonē regnauit. Ipa ē vbi tyr9 ē/ad quā Ysaias loqtur. hꝫ āt ab oriēte Arabiā A meridie mare rubrū. In hac ē mōs Lyban9/ad c9 radices orit' Iordāis fluui9. Palestīa puīcia philistiiꝫ vrbē Metropolī hūit q̄ nūc dr̄ Ascalon ex q̄ ciuitate regio vocata ē. Hui9 ab oriēte mare rubꝝ occurrit. a meridiano latere Iuda excipit'. a septētriōali plaga tyrioꝝ finib9 claudit'. ab occasu egyptio limite termiat'. Iudea regio palestie. ex noie Iude appellata ē/ex c9 tribu r̄ges hūit. hec p̄9 Chanaā dcā a filio Chā siue a decē chananeoꝝ gētib9 qb9 expl'sis eandē terrā iudei possederūt. Iniciū lōgitudinis eius a uico Arsa vsqꝫ advicū iuliadē porrigit' In quo iudeoꝝ ac tyriorum cōis habitatio ē. Latitudo āt ei9 a mōte libani vsqꝫ tyberiadis lacum extēdit' In medio Hierosolima q̄i umbilic9 toti9 regiōis. ut de terra Iudee possit itelligi Opat9 ē salutē ĩ medio terre. Hec aūt terra variaꝝ opū diues ē/frugib9 fertil' aq̄s illustris/opima balsamis. vn̄ pp ter hoc existiauerūt iudei eā pmissaꝫ p̄rib9 terrā fluēteꝫ lacte ⁊ melle. Est āt terra nō īmerito fertil' cū sit ĩ q̄rto climate qđ ē tēperatissimū sicut dicit Albūazar. v. lib. maioris itroductorii Nā pp ter hoc narrat q̄ Noe ⁊ filii eius p9 diluuiū habitauerūt ĩ Babilōia q̄ ē etiā ĩ illo cliate q̄ꝛ fuerūt sapiētes astronomi ⁊ docuerūt pmo caldeos astronomiā/p quā sciuerūt illā terrā eē tempatissimā ido ad eā declinauerūt. Samaria regio palestine ab oppido quodā nomē accepit. qđ ciuitas quōdam regal' fuit ĩ israel vocata samaria q̄ nūc ab augusti noie Sebastea nūcupat'. hec r̄gio īter Iudeā et galileā media iacet/c9 sit9 natura silis ē nec differēs a iudea. Galilea regio palestine sic vocata ē q̄ꝛ gignit cādidiores hoies q̄ palestīa. hec duplex ē supior ⁊ īferior. sibi tn̄ onexe syrie ⁊ fenici adherētes Terra eoꝝ eximia ⁊ fructib9 satis fecūda. Pētapolis regio ĩ ofinio arabie ⁊ palestie sita ē dcā a quiqꝫ ciuitatib9 ĩpioꝝ q̄ igne celesti cōsumpte sunt terra olī uberrima nūc āt deserta atqꝫ exusta. Nabathea regio a nabath filio ysmael nūcupat'. iacꝫ āt īter iudeā ⁊ arabiā ⁊ surgēs ab eufrate ĩ mare rubꝝ porrigit'. ⁊ ē pars arabie Circa pēthapolī ⁊ nabathēā regiōes ē mare mortuū a quo fluēta iordanis absorbēt'. ibi sunt ⁊ saraceni a sara dicti ⁊ agareni ab agar. ⁊ hysmaelite ab hysmael ⁊ nabathei ab ei9 filio dicti.

De quantitate terre promissionis Capitulū. xx.

Sed q̄ꝛ de Syria ⁊ Iudea ac earum prouinciis dictum est in quibus sancta terra situatur. de qua ⁊ eius locis ac ciuitatibus diffuse ac

ac particulariter quidã scripserunt Ideo ad eos remittẽs breuiter de hiis pertranseo. vnũ tamen est quod sub silentio transeundũ esse non censeo. videlicet vt sciamus quanta est terra repromissionis ꝛ q̃tum possessum est a iudeis. Super quo Hieronimus in epistola de terra repromissiõis certitudinaliter determinat dicẽs ꝙ nec Dauid nec Salomon nec alii possederunt vmq̃ nisi a Dan vsq̃ Bersabee. Hinc post victoriã multos inimicos tributarios receperũt. Huius autẽ terre longitudo iter Dan ꝛ Bersabee vix cõtinet centum sexaginta miliaria/ vt ipse ait Et infert Pudet dicere latitudinem. Nam a Joppe vsq̃ ad viculum nostrum Bethleem sunt sexagintasex miliaria. Et a Bethleem vsq̃ Jordanez est circiter vna dieta. Quapropter parũ fuit possessum a Judeis. Sciendum est tamen ꝙ hoc quod nunc diximus solum fuit possessum citra Jordanem. vltra autem habuerunt suas possessiones due tribus ꝛ dimidia sicut ex eadez epistola Hieronimi patet. Sed repromissum fuit eis ab Eufrate ex parte orientis vsq̃ ad mare nostrum ex parte occidentis. Et a Cilicia ꝛ Tauro monte a parte aquilonis vsq̃ ad fluuiũ turbidũ Egypti. ꝛ vsq̃ ad terram Edom ꝛ Moab ꝛ Ammon ex parte meridiei. Super cuius rei declaratione ad ea remitto que tractat Hieronimus libro primo ꝛ libro octauo super Ysaiam. ꝛ libro. xiiii. super Ezechielem.

De Egypto Capitulum vigesimũprimum

Jam vero Egyptum describamus que prius Euria dicta postea ab Egypto Danay fratre ibi regnante Egyptus nominata est. Hec ab oriente Syrie ac rubro mari coniuncta est. ꝛ ab occasu Libiam habz A septentrione mare magnum A meridie vero vsq̃ ad Ethyopes ꝓtenditur Regio celi ymbribus insueta ꝛ pluuiarum ignara. Nilus solus eam circũfluens irrigat ꝛ inundatione sua fecundat. vnde ꝛ ferax frugibꝫ multam partem terrarum frumento alit. ceterorum quoq̃ negociorum adeo copiosa vt repleat mercibus etiam orbem terrarum. Finis Egypti Canopia a Canope Menelai gubernatore sepulto in ea ĩsula que Libie principium ꝛ ostium Nili facit. Caput vero seu principium eius est Syene. a qua secundum clima denominatur. Sciendum tamen est ꝙ duplex est Egyptus superior scilicet ꝛ inferior. Superior est continua Ethiopie vt dicit Plinius ꝛ Thebaidis vocatur. vnde icipit a Syene que est ciuitas Thebaidis vt dicit Hieronimꝰ libro locorum. Et habet a meridie Ethyopiam. ꝛ ab oriente partẽ Arabie. ꝛ ab occidẽte superiorẽ partẽ Africe. Hec secundũ Orosiuz in oriente rubro mari terminatˀ. ibi sunt gentes xxiiii. Et hec est regio Thebaydos. Thebas enim Egyptias vt dicit Ysidorus libro. xv. Cadinꝰ edificauit/ q̃ postea ĩ Greciã ꝓfectꝰ Thebas grecoꝝ condidit ĩ Achaya. q̃ nũc dr̃ terra pricipis Amorree. Sz egyptꝰ inferior ocludit ĩfra Nilũ ad modũ ĩsule triãgularis sicut lr̃a greca q̃ delta dr̃. Jdeo Egyptꝰ delta ãtiquitꝰ vocabatˀ. ꝛ hec hz ab oriẽte terrã philistioꝝ

A septẽtrione mare mediterraneũ. Ab occidente Africam. A meridie superiorem Egyptum. A parte vero Palestine est hostium Nili. quod vocatur Pelusium. vbi cadit vnum latus trianguli scilicet vnum brachiũ Nili in mare. de quo Pelusio habetur in Ezechiele vbi vocat᷑ robur Egypti. quia secundum Hieronimum habet portum tutissimum vbi negociationes maris maxime exercentur. Aliud hostium autẽ nominatur Canopium vbi aliud brachium trianguli cadit in mare versus Africã. In parte vero Africe habet Egyptus super mare Alexandriam nobilez vrbẽ ab Alexandro magno conditam que ab illo tempore caput Egypti constituta est. ⁊ hec est a qua terciũ clima denominatur ⁊ distat a Syene secũdum Plinium libro secundo quingentis milibus stadiorũ Et est Memphis ciuitas quondam arx Egypti que nunc Damieta vocatur A qua per vnam dietam Tamnis vbi Pharao habitauit ⁊ Moyses fecit miracula. sicut dicit Hieronimus super Ysaiam. Sunt ⁊ alie multe ciuitates quas scriptura commemorat de quibus pertranseo

De regionibus Egypto adiacẽtib⁹ scd̃m Orosiũ Ca xxii.

Post Egyptum superiorez Orosius a parte meridiana ad partẽ que est ab oriente ad septẽtrionem transiens describit montez Caucasuz dicens ꝙ inter colcos qui sunt super Cimmericum mare ⁊ inter Albanos qui sunt ad mare Caspium. Mons Caucasus primo attollitur Cuius quidem vsqꝫ in vltimũ orientẽ vnum videtur iugum/ sed multa sunt nomina. Dicunt enim quidã ꝙ a Caspio mari orientis per aquilonez vergens vsqꝫ ad Europam porrigitur ⁊ pro gentium ac linguarum varietate in diuersis partibus varie nominatur vbi enim in oriente excelsior ẽ propter niueũ candorem Caucasus nominatur. Alibi dicitur Infates. alibi Serapedon. alibi porte Caspie. alibi Niueanus. alibi Corasicus alibi Syricus. alibi Ceraunia. alibi montes Armenie ⁊ Indie Et multi hunc credi volunt iuguz Tauri mõtis quia reuera Parthoatras mons Armenie inter Taurũ ⁊ Caucasuz medi⁹ vnũ cũ alio cõtinuare putatur.

Sed secundũ Orosiũ hoc ita non esse discernit fluuius Eufrates qui a radice Parthoatre montis effus⁹ tendẽs in meridiẽ ipsuz montẽ Tauꝝ ad sinistrã excludit. Ad dexterã itaqꝫ ipse Caucas⁹ ẽ inter Colcos et Albanos vbi ⁊ portas habere dicit᷑. a portis Caspus vsqꝫ ad Armenias pilas vel vsqꝫ ad fontẽ Tygridis fluminis inter Armeniã ⁊ Hyberiã montes Acroceraumi dicunt᷑. A fonte Tygridis vsqꝫ ad Carras ciuitatem Inter Massagetas ⁊ Parthos mons Ariobarzanes. A Carras ciuitate vsqꝫ ad oppidũ Catippi iter Hyrcanos ⁊ Bactrianos mons Menarinali. vbi Amonium nascitur a quo proximum iuguz est mons qui Parthã dicit᷑. Ab oppido Catippi vsqꝫ ad vicũ Safrym mons Ostobares. vbi Gãges fluui⁹ orit᷑ ⁊ Laser nascit᷑. A fõte fluminis Gãges vsqꝫ ad fõtes flumĩs Ottorogore q̃ sunt a septẽtrione vbi sunt mõtani Paropanisade

mons Taurus. A fontibus Ottogorre/ vsq ad ciuitatem Ottogorram inter Hunos scitas. et Gandaridas mons Caucasus. Ultimus autem inter Eoas et Passiadras mons Imanus vbi flumen Crisoroas/ et promontorium Samara orientali excipiuntur Oceano. Igitur a monte Imano hoc est ab ymo Caucaso et dextera orientis parte qua Oceanus syricus tenditur vsq ad promontorium Boreum et flumen Boreum Indetenus Scitico mari/ quod est a septentrione vsq ad mare Caspium quod est ab occasu. et vsq ad extremum Caucasi iugum quod est ad meridiem. Hyrcanorum et Scitarum gentes sunt. xliii. propter terrarum infecundam diffusionem oberrantes. Mare Caspium sub Aquilonis plaga ab Oceano oritur/ cuius vtraq circa Oceanum littora et loca deserta incultaq habentur. Inde versus meridiem per longas angustias tenditur donec per magna spacia dilatatum Caucasi montis radicibus terminetur. Itaq a mari Caspio quod est ad orientem per oram Oceani septentrionalis vsq ad Tanaym fluuium. et Meotidas paludes que sunt ad occasum per litus Cimmerici maris quod est ab Africo vsq ad caput. et portas Caucasi que sunt ad meridiem gentes sunt. xxxiiii. Sed generaliter regio permaxima Albania vlterior sub mari et monte Caspio Amoxonum nominatur. Et ita Orosius de hiis Asie finibus breuissime se expedit.

De predictis regionibus secundum Ysidorum Ca. xxiii.

Sed Ysidorus prefate montium ac fluminum distinctioni non insistens aliquas dictarum regionum particularius describit. Igitur Serica regio a quodam eius oppido quod Seres dicitur nuncupata est. Hec a Scitico Oceano et mari Caspio ad Oceanum orientalem inflectitur nobilibus frondibus fertilis ex quibus vellera decerpuntur que ceterarum gentium populis seres ad vsum vestium reddunt. Bractie regioni proprius amnis Bractius nomen dedit. partes eius que plane sunt propensis montis iugis ambiuntur/ que aduerse sunt Indi fluuii fontibus terminantur. reliqua includit Ottus fluuius. Habet autem hec terra fortissimos camelos numquam atterentes pedem. Scithia sicut et Gocia a Magoth filio Japhet nominata est. cuius terra olim ingens fuit. Nam ab oriente Indie a septentrione per paludes Meotidas inter Danubium et Oceanum/ vsq ad Germanie fines porrigebatur. Postea vero minor effecta a dextra orientis parte qua Oceanus sericus tenditur/ vsq ad mare Caspium quod est ad occasum. Dehinc ad meridiem vsq ad Caucasi iugum deducta est. Cui subiacet Hyrcania ab occasu habens pariter gentes multas propter infecunditatem terrarum late vagantes. ex quibus quedam agros incolunt/ quedam portentuose ac truces carnibus humanis et eorum sanguine viuunt. Scithie plures terre sunt locupletes inhabitabiles

tamen plures. Nam dum in plerisq; locis auro et gēmis affluāt. griffoꝝ immanitate accessꝰ hominum rarus est. Hec terra smaragdis opima est. habet quoq; cristallū purissimū. habet et flumina magna Dstorū Fasiden atq; Arazem. Hyrcania dicta est a silua Hyrcania que Scithie subiacet/habens ab oriēte mare Caspiū. A meridie Armeniā. A septētrione Albaniam Ab occasu Hyberiam. Est autem siluis aspera/copiosa immanibus feris Tygribus Panthenbusq; et Pardis. De qua Virgilius. Hyrcaneq; admorunt vbera tygres. Albania a colore populi nuncupata est. eo q albo crine nascantur. Hec ab oriēte sub mare Caspiū surgens p oram Oceani septētrionalis vsq; ad Meotidas paludes per deserta et īculta extenditur. Huic terre canes ingētes sunt tanteq; feritatis vt tauros premant leones perimant. Armenia vocata est ab Armeno Jasonis Tessali comite qui amisso rege Jasone collecta multitudine eius que passim vagabatur Armeniam cepit. Sita autem est inter Taurum et Caucasum a Capadocia vsq; ad Caspium mare protēsa. habens a septētriōe Ceraunios montes ex quoꝝ collibus Tygris fluuius nascitur. et in quibus montibus archa post diluuiū sedisse perhibetur. Duplex est autē Armenia superior et inferior/sicut due Pānonie. Hyberia regio ē Asye prope pontum Armenie iuncta. in qua herbe tincture vtiles nascuntur.

Capadociā vrbs propria nominauit Hec in capite Syrie sita ab oriente Armeniaz tangit Ab occasu Asyam minorē. ab aquilone mare Cimericum et Themissorios cāpos quos habuerunt Amazones. A meridie vero Taurū montē Cui subiacet Cilicia et Jsauria vsq; ad Silicū sinū qui spectat contra insulā Cyprum. Terra eius ante alias nutrix equoꝝ Alis amnis per eā fluit qui quondā Lidie regna disiunxit a Persis.

De quibusdā regnis predictaꝝ regionū. Ca. xxiiii.

Moderni vero Scithiā et Hyrcaniam partesq; adiacentes aliter per regna diuidunt et denominant Ponentes vbi Scithia regnum Cathay quod ab oriēte habet Oceanū A meridie insulas Oceani Ab occidente regnum Tharse A septentrione desertum de Belma. Regnū Tharse ab oriente habet Regnum Cathay. A meridie ditissimā prouinciā vocatam Sym. Ab occasu regnum Turquesten. A septētrione quoddam desertum. Regnum Turquesten ab oriente habet regnum Tharse. A meridie caput deserti Jndie. Ab occidente regnū Persie. A septentrione regnū Corasme Regnū Corasme ab oriente habet desertū quod per centū dietas extenditur. A meridie regnū Turquesten. Ab occidente mare Caspium seu mare de Sara/quod etiam dicitur Caspium. et a septētrione regnum Cumanie. Regnū Cumanie habet ab oriēte regnū Corasine. A meridie flumē quo nullū maius. Ab occasu mare maius et Tanay. A septentrione regnum Rusie maior in eo vrbs Sara est. Regnū Georgie habet ab oriē te magnū montē vocatū Albzor vbi multe nationes habitant et vocatur

mons ⁊ patria illa Alania A meridie habet Armeniã. ⁊ extẽditur per occi dens versus septẽtrionem vsqꝫ ad aliquas ꝓuincias regni Turquie. Et lõgitudo eius extendit' per totũ super mare maius ex parte meridiei Et diuiditur in duo regna quoꝝ vnũ vocatur Georgia quod semp fuit sub iectum imperatori Asie. Aliud vocatur Abeas semper liberũ a dñio Tar tarorum.

De Asya minore ⁊ eiꝰ ꝓuincijs. Ca. xxv.

Syam minorẽ ante Egyptũ describit Orosiꝰ breuissime quidẽ ⁊ ni hil de eius prouincijs loquitur. Sed Ysidorus post õnes predictas Asye maioris regiones eã conuenienter locat. eiusqꝫ prouincias nouem describit. Ipsa igit' ab oriẽte ad Capadociã Syriamqꝫ progreditur. ⁊ ali bi vndiqꝫ circũdata est mari a septentrione ponto Euxino. ab occasu ꝓ pontide atqꝫ ellesponto A meridie mari nostro. i. mari egeo vbi ẽ mons olimpus. ⁊ de ea nihil aliud dicit Orosius. Bithinia prima eiꝰ proui cia in ponti exordio ad partẽ solis oriẽtis aduersa Tracie iacet mltis an tea nominibus appellata. Nã priꝰ Bericia vel Berica dicta deide Mig donia. mox a Bithinio rege Bithinia nũcupata est. Ipsa ẽ ⁊ maior Fri gia. Nichomedia vrbs in ea est vbi Hanibal fugiens veneni haustu ani mam expirauit Galacia dicta a priscis Gallorũ gentibꝰ a quibus ex titit occupata. Nam Galli in auxiliũ a rege Bithinie vocati regnũ cum eo patrata victoria diuiserũt. ⁊ deinde grecis admixti primum Gallogreci nunc ex antiquo gallorũ nomine Galate dicunt'. Frigia dicta ab vna Europis filia. hec ⁊ Dardania a Dardano Iouis filio dcã. de quo Ho merus ait. Quẽ primus genuit celesti Iupiter arce. Hic eniꝫ ꝑfectꝰ de Co rintho ciuitate primus venit in Frigiã. Est autẽ regio Troyadi subiecta ab aquilonis parte Galacia est. a meridiana vicina est Licaonie. ab ori ente Lidie adheret. ab occidente Ellesponto mari terminatur. Huius re gio Troya est quã ex suo nomine appellauit Tros Troyanoꝝ rex Gani medis pater. Due autẽ sunt Frigie maior ⁊ minor. maior Smirnã habꝫ minor vero Ylium. cuius menia dicunt' pergama. Licaoniam ⁊ Cariam discernit a Frigia Herinus fluuiꝰ aureis harenis famosus. Lidia se des antiqua regnorum que antea Meonia dicebat'. que pro sui breuita te cum duos fratres reges Lidũ ⁊ Tyrrenum ferre non posset hinc ex sorte Tyrrenus cũ ingẽti multitudine profectꝰ loca Gallie occupauit et Tyrreniam noiauit Lidia autẽ a Lido eius fratre qui ibi remãserat cognominata est. Coniũgitur autẽ ab oriẽte minori Frigie ab ortu Smir nam habet vrbem. quã Elles fluuius cingit. cuius cãpos Pactulꝰ ⁊ Heri nus fluuij circũfluunt arenis aureis ditissimi. In ea autem est Tyatira.

Pamphilia inter Ciliciam ⁊ Lyaconiã media ẽ que ab illa parte qua Galacie otermina est habet ciuitates. xiiii. Ysauria ex situ loci nomina ta est. qꝛ vndiqꝫ aurarũ flatibus pateat Metropolim habet Seleuciam.

Cilicia a cilice quodam traxit nomen quem antiquiorem Ioue fuisse

dicunt. Hec plurima iacet campis/recipiēs ab occiduo Liciā. A meridie mare Creticū A tergo montis Tauri iuga. Hanc cignus amnis intersecat matrem vrbium habet Tharsimeniā. In ea est Choriscus oppidum vnde crocꝰ optimꝰ venit. Licia nūcupata est qꝛ ab oriēte adiūcta sit Cilicie. Hāc habet ab occasu ⁊ meridie Tirrenū mare A septētrione Cariā Ibi est mons Chymmera qui nocturnis estibꝰ ignē exalat. sicut ī Sicilia Ethna ⁊ Vesulus in Campania. Et hec de Asia dicta sufficiant.

De Europa ⁊ primo de eiꝰ parte barbarica. Ca. xxvi.

Am vero post decursam Asyam ad Europam transeamus. Hec ab Europa Agenoris Libie regis filie vocata est. Iste autē est Agenor Libie filius. ex quo Libia. i. Africa nominata fert̄. vñ patet priꝰ Libiā accepisse nomen postea Europā. Europa autē in terciā partē orbis diuisa icipit a montibꝰ ripheis ⁊ flumine Thanay/descendēs ad occasum per septētrionalem oceanū vsq3 in fines Hyspanie. Cuius pars orientalis ⁊ meridiana a pōto cōsurgens tota mari magno. i. mediterraneo coniungit̄. ⁊ in insulas Gades vbi vident̄ Herculis columne finit̄. vel melius vt quidā dicunt finē capit in capite sancti Vincētii de regno Portugalie. Prima Europe regio est Scithia inferior que a paludibꝰ Meotidis icipiēs iter Danubiū et Oceanū septētrionalē vsq3 Germaniā porrigit̄ que terra generaliter propter barbaras gētes quibꝰ inhabitat̄ Barbarica dicit̄ Huius pars prima Alania ē. que ad Meotidas paludes pertigit. post hanc Dacia. vbi ⁊ Gothia. deinde Germania vbi plurimā partē Sueui icoluerunt quorū omniū sunt gētes. liiii. Germania post Scithiā inferiorē a Danubio inter renū fluuiū oceanumq3 cōclusa/cingit̄ a septētrione ⁊ oceano. ab ortu vero Danubio. A meridie reno fluuio dirimit̄ Terra diues viriū ac populis numerosis ⁊ imanibꝰ. vñ ⁊ propter fecunditatē gignendorum populoꝝ Germania dicta ē. Mittit cristallū ⁊ gēmas aliq̃s. Due sunt autē Germanie. supior iuxta septētrionalē oceanū. īferior circa renū

De ꝓuinciis q̃s Danubiꝰ a barbarico secludit Ca. xxvii

Unc a Barbarico quicq̄d Danubiꝰ ad mare nostrū secludit expediam. Sunt enim prouincie quas diuidit Danubiꝰ a Barbarico vbi sunt Vbandali Eruli Trucilingi Viciuli qui postea Ytaliā possederunt ⁊ postea Longobardi dicti sunt. Scotobrjni Storingi Bulgares Huni Sueui Saxones. aliiq3 multi qui ab oriēte habent Pānoniam. ab occidēte Sueuiā A meridie Ytaliā Ab aq̄lone Danubiū. Messia vo ꝑma ē inter prouincias quas Danubiꝰ a Barbarico ad mediterraneū mare secludit que a Messiū ꝓuētu sic vocata ē. vñ ⁊ eā veteres cereris horreū vocabant. Hec ab oriēte hostiīs Danubii iungit̄ Ab euro vero Tracie A meridie Macedonie Ab occasu Histrie copulat̄. Pānonia post Messiā sequitur secundū Ysidorū. Inde Noricꝰ ager frigidꝰ ⁊ Parcius fructuosꝰ post quē Reticꝰ frugibus ferax qui excipit Galliā Belgicā. Pannonia

apeninus. dravos saüus vero ab alpib9 appēninis ē nūcupata. quib9 ab ytalia secernit᷑ regio for tis. ꝛ solo leta. duob9 satis acrib9 fluuiis drauo sauoq̧ vallata. Cōiūgit᷑ autē cū norico ꝛ recia hñs ab oriente messyā ab euro histriam ab affrico vo alpes appēninas hñs ab occasu galliā belgicā. Hystria vo habet a septētrione pannoniā. Cui yster amnis nomē dedit. Qui eius terrā ifluit ypē ē danubius. Qui i rethia que ꝛ alemānia ab alamanus lacu vt quidā dicūt nomiat᷑ ortū hꝫ sed postea xl. pcipuis fluuiis auget᷑. ꝛ i septē ostia vt nilus diuidit᷑ ꝛ tādem mare ponticum ingredit᷑. Tracia scdꝫ orosium post messiā locat᷑ hec habꝫ ab oriēte ppontidis sinū ꝛ ciuitatē constanti nopolim que prius bisātiū dicta est a septentrione ptē dalmacie et ab ea pte yster obtendit᷑ ab occasu et africo macedoniam. a meridie vero egeo mari adheret Cui9 regionē oli diuersarū gētiū populi massagete. sarmate scite. alieq̧ plurime nationes icoluerūt. ampla ē enīꝫ / ibiq̧ ideo multe fu erunt gētes Ebrū autē fluuiū tracia fundit. qui etiā gentes barbarorū plurimas tangit. hanc vero a Seucia incolarū quidā Traciā appellatam dixerunt vel tiras iafeth filius ibi veniens ei nomen dedisse perhibetur vt aliis placet.

ystrx. fots lacus .40. ebrus

lacus alamanus / fl. danubij i 7 ostia vt nilus diuidit᷑ / in mare pontico / constantinopoli. s. bisantiū. ci.

Capitulū xxviii. De Grecia et ei9 puīciis

Sciendum autem est ꝙ quidã theologi posuerũt duas supremas speras celi empyrei ⁊ cristallini. Quidam vero philosophi posuerunt celum immobile decimũ. Quidã ãt Astrologi speram nonaȝ. Sed Aristotiles solum posuit octauam speram supra septem speras planetarum

Spera nona que est primum mobile vnico motu. xxiiii horis orbẽ circuit omnes celos alios secuȝ ducens de oriente in occidens. Spera octaua que est firmamẽtum stellarum fixarum in centuȝ ãnis mouetur vno gradu / in. xxxvi. milibus ãnorum cursum complens. Saturnus quolibꝫ signo manet xxx mensibus ⁊ cursum complet. xxx. ãnis Et est naturaliter frigidus ⁊ siccus in effectu pallidus ⁊ malignus. Cuius influentia ad plumbum Juppiter quolibet signo manet per ãnum ⁊ cursum complet duodecĩ annis Et est calidus ⁊ humidus / clarus ⁊ candidus maliciã Saturni tẽperans Cuius specialis influẽtia est ad stannum. Mars vno signo morat xl diebus ⁊ cursuȝ complet. C. C. C. C. ⁊ lxxx. diebus uel fere ãnis duobus Et est calidus ⁊ siccus ignitus ⁊ radiosus / ideo nociuus ⁊ ad bella prouocans Cuius influentia est ad ferrum. Sol in quolibet signo fere manȝ .xxx. diebus ⁊ decem horis ⁊ in ãno cursum complet. Et est calidus ⁊ luminosus tempra distinguens / stellas illuminas ⁊ qualibet earum maior Cuius influentia est ad aurum. Venus cursuȝ complet. C. C. C. xlviii. diebus. Et est calidus ⁊ humidus inter sydera splendidissimus semp solẽ comitatˀ precedens Lucifer dicitur / sequens vero Vesperus. Cuius specialis influentia ad es. Mercurius zodiacum pcurrit in. C C C. xxx. diebus. Et est radiosus cum sole semp graditur numꝗ ab eo. 2 l. gradibus distans / ideo raro videtur Cuius influentia est ad argentum viuum.

Luna signa zodiaci quolibet mense percurrit scꝫ. xxvii. diebus ⁊ octo horis. Et est frigida ⁊ humida / mater est aquarum a sole illuminata / nocteȝ illuminat Cuius influentia est ad argẽtum. Planete habent varios effectus secũdum diuersitateȝ aspectuu inter se et ad signa zodiaci vel stellas alias Et est eorum fortissima imutatio in quadraturis circulorum. Sicut de sole patet qui in quartis anni mutat complexiones temporũ vt sit calidum ⁊ humidum in vere / calidum ⁊ siccũ in estate. frigidum et siccuȝ i autumno frigidum ⁊ humiduȝ in hyeme. Luna etiã facit ꝙ humores in corporibus prima quadra idest prĩa septimana ⁊ tercia recedũt ab interioribus ad exteriora sicut flumina fluũt a suis canalibus. In secũda vo septimana ⁊ quarta retrocedũt ab exteriori ad interius. Alii vero planete

Marginal notes (manuscript): stella dr̃ densior pars sue spere. — saturnus plumbũ. — iupiter stannũ. — mars ferrũ. — sol aurũ. — venus es. — mercurius argẽtũ viuũ. — luna argentũ. — luna facit humores ⁊ pª septimana et tertia recedũt ab interioribꝫ 2ª et 4ª retrocedũt

⁊ maxime tres superiores Saturnus iupiter ⁊ mars quia sunt tardi motus/in quadraturis suis ⁊ reuolutionib9 non sic mãifeste et quotidiane sed occulte et tarde habent effectus suos qui sunt diluuia terremotus pestilentie siccitationes fames ualida Cometaꝝ ⁊ ceteroruз ignium apparitio Aliec res magne que raro eueniunt

Saturnus iupiter et mars sunt tardi motus /

Sciendum autem est de magnitudinib9 corporuз ꝙ post orbes celestes maius corpus est sol qui centies sexagesies sexies cuз fractione maior est terra. Secundo stelle fixe prime magnitudinis que quasi centies ⁊ septies equales sunt terre. Tercio Jupiter equalis terre nonagesiesquinquies. Quarto Saturnus equalis terre nonagesies ⁊ semel.

mensuris computatis corporis celestium ad respectum terre.

Quinto stelle fixe que sunt secunde tercie quarte quĩte et sexte magnitudinis secunduз gradus suos. Sexto Mars similis terre semel ⁊ semis cum medietate octaue. Septimo stelle fixe visu notabiles equales terre deciesocties. Octauo Terra cuius circuitus inferius describitur.

Nono Venus que est .xxvii. pars/ vel secundum alios .xxii. Decio Luna que est quasi vna de .xxix. partibus terre. Vndecimo Mercuri9 qui est quasi vna de .32. vel .33. partibus terre.

Stelle fixe sunt nobis inumerabiles/ tamen Astrologi notauerũt pricipales/numero mille viginti duas/Et istas posuerunt in .xlviii. ymaginibus Et earum sunt trecente sexaginta in .xxi. ymaginibus a via solis in septentrioз declinantib9 quaꝝ pria ē maior vrsa Et alie trecẽte .xlvi. sunt in duodeciз ymaginib9 que .xii. signa dicuntur ⁊ зodiacũ constituũt quaꝝ prima est aries. Et alie trecente sexdecim sunt in quindecim ymaginibus a via Solis in meridiem declinantib9 quaꝝ vna dicit᷑ Focar

de stellis que sunt in 48 imaginibus celi annumerate.

Ex haꝝ omnium ille .xii. que in зodiacho posite sunt digniores existunt vnde зodiachus est velut cingulum firmamenti in quo est distinctio signorũ ⁊ sub quo est via planetaꝝ. Zodiacbus habet .xii. signa Sexseptentrionalia que sunt Aries taur9 gemini cancer leo virgo. Et sex australia que sunt Libra/ scorpio/sagittarius/capricornus/aquarius /pisces quodlibet signum habet .xxx. gradus in longitudine ⁊ .xii. in latitudine. Sol centro suo describit lineaз eclipticã quolibet mense vnum signũ videlicet i triginta diebus naturalib9 ⁊ decem horis cũ dimidia fere pertransiens. Nomina signorum ⁊ ordo his versibus patent.

de zodiaco eius divisione.

Est aries taurus gemini cancer leo virgo
Libraq scorpius archi tenens caper amphora piscis
Oppositio signorũ per hunc versum habetur
Sunt li/ari/scor/tau/sa/gemi/capri/can/a/le/pis/vir/
Signa solsticioꝝ ⁊ equinoctiorum patent his versibus
Hec duo solsticia faciũt cancer capricornus
Sed noctes equant aries ⁊ libra diebus

Solsticium estiuale est dies longissima ⁊ breuissima nox anni

Solsticium hyemale est dies breuissima et longissima nox artificialis Equinoxia autem sunt quando bis in ãno dies et noctes sunt equales Zodiacus diuidit in. CCC. lx. gradus et sic quelibet quarta eius habz .lxxxx. gradus Quorum quilibet valet .lx. minuta et minutum sexaginta secunda et sic deinceps. Et ita etiam proporcionaliter possunt diuidi omnes circuli spere tam maiores q̃ minores. Distãtia vero a polo mũdi ad polum zodiaci est .xxiii. graduũ et .li. minutorum et tanta est maxĩa solis declinatio ab equinoxiali. Distantia tropici estiualis ad circuluz articum est circiter .xlii. graduum. Et talis distantia est tropici hyemal' ad circulum ãtarticum. Equinoxialis vero ad tropicũ ẽ circiter .xxiiii. et tanta est a circulo artico vsq3 ad polum que simul faciũt q̃i .xlviii. gradus. Distantia vero inter duos tropicos est circiter .xlviii. graduuz solum enim substrahenda sunt .xviii. minuta

De anno diebus et horis

SOl ascendens in primo pũcto capricorni p arietem vsq3 ad primuz punctum cancri raptu firmamẽti describit .C.lxxx. paralellos et duos ac parum plus q̃ medietatem vnius qui non sunt omnino circuli sed spere. De numero quorum sunt tropici et equinoctialis Iterum alio dimidio anno similes circulos describit Sol descendendo a primo pũcto cãcri per libram vsq3 ad primum punctũ capricorni. Et isti palelli vocant' circuli dierum naturalium Arcus aũt qui sunt supra orizontem sunt arcus dierum artificialium. Arcus autem sub orizonte sunt arcus noctiũ/ Et secundum quãtitatem arcuũ fiunt maiores aut minores dies vel noctes.

Sol in ecentrico motu ꝓprio omni die ac nocte mouetur .lx. minutis fere sed tardius mouetur in tota spera ipsius scilicz in centum annis vno gradu super polos axis zodiaci secundũ Ptholomeũ uel sup primis pũctis arietis et libre secundum Thebith. Ex duob9 motibus istis colligitur cursus ipsius in circulo signorũ ab occidente in orientem. Et fit in .ccc. .lxv. diebus et quarta vnius diei preter rem modicaz que quasi nullius est sensibilitatis. Sol transeundo medietatem zodiaci a principio arietis per cancrum vsq3 ad finem virginis transit plus q̃ medietatẽ sui ecentrici et plus q̃ faciat a primo puncto arietis vsq3 ad primum libre/ seu vltimum virginis Et ideo illa medietas anni est maior ista circiter ꝑ octo dies naturales vel plus. De die et hora naturali

SOl suo proprio motu plus transit de celo in vno die naturali q̃ in alio propter duas causas principales/ Vna est propter obliquitatem zodiaci et obliquitatem orizontis propter quam aliqua signa oriuntur oblique et alia directe. Alia cã est ratione ecentrici solis. Et ideo dies naturales sunt inequales et sunt longiores versus finem septebris q̃ versus finem marcii. Et tamen medietas ãni versus hyemẽ ẽ minor vt dictum est. Tercia causa diuersitatis dierũ naturalium est propter motum

illa medietas anni .s. a principio arietis vsq3 i finem virginis ẽ maior ꝑ 8 dies q̃ a principio .l. vsq3 i fine .p. [illegible] naturales nõ [illegible] equales.

augis solis. Dies naturalis a principio solsticii estiualis quod ē in can cro usqȝ ad principiū solsticii hyemalis maioratur super aliū; sic q̄ sem per dies subsequēs est longior precedente Et econuerso a principio solsti cii hyemalis quod est in capricorno usqȝ ad principiū cancri/sic q̄ dies naturalis precedens est longior subsequente. Quia maiori āgulo maior basis opponit͂ 7 econuerso. Triāgulus autem secunde diei maior est triā gulo prime diei Et triangulus tercie diei maior est triangulo secunde des cendendo ab auge versus eius oppositum. Econuerso autem cōtingit ascē dendo ab opposito augis usqȝ ad augem/ Quia minori angulo minor ba sis opponitur Et idem patet de medietatibus dierum. Hora est. xxiiii. pars diei naturalis diem artificialem una cū nocte in se continētis. Ea rum ipsarum alia naturalis alia equinoctialis. Naturalis est spacium tempo ris quo signi cuiuscūqȝ medietas peroritur. Equinoctialis vero est spaci um temporis quo equinoctialis ascendit. xv. gradus sup orizontē. Hore enim naturales aliquando maiores aliquando minores sunt q̄ȝ equinocti ales secundum qd maior pars vel minor equinoctialis ascendit ꝙ sēpi cii supra orizontē vel econuerso. Hore vero equinoctiales semper equa liter se habent cum equinoctialis in motu suo uniformis sit

De motu planetarum

Sciendum est q̄ ad saluandum multimodā varietatē motuū plane tarum Astrologi posuerunt q̄ quilibet planeta totam suam speram habet in tres magnos orbes diuisam. Quorū medius est uniformis spis situdinis 7 ē ecentricus deferēs planetā. Alii sunt spissitudinis uniformi ter difformis. Quorū un⁹ est deferens augem. Alius deferens oppositū augis Et adhuc quilibȝ planeta preter solem epiciclum habet Qui est cir culus parv⁹ per cuius circumferentiā defertur corpus planete. Et hec pa tent in figura. Sicut ad motū diurnū none spere mouentur omnes alie omni die ita ad motū. viii. spere scilicet centum ānis uno gradu mouent͂ auges 7 opposita augiū omniū planetaꝝ. Et per consequens tota spera cuiuslibet planete Sed quilibet planeta in suo ecentrico habet motū pro priū. Et omnes preter solem habent in suo epyciclo iterū alium motū.

Aux solis id est punctus maxīe eleuatus a centro mūdi quandoqȝ ē in uno pūcto zodiachi/quandoqȝ in alio secūdum motuȝ proprium octaue spere. Et ē modo scȝ/Anno dñi. M. cccc. x. modicū ultra pricipiū cācri

De figura Terre

Resupponēdum ē q̄ ipsa sit sperica 7 q̄ ipsa tota diuidit͂ in quinqȝ partes secundū quinqȝ circulos qui vocant͂ quinqȝ zone celi. Terra vero habitabilis diuidit͂ in tres partes Asiam Europaȝ Africam/ quas veteres non equaliter diuiserūt. Asia nāqȝ a meridie per orientē usqȝ ad septētrionē peruenit. Europa uero a septētrione ad occidentē. Africa dein de ab occidente usqȝ ad meridiē Unde medium orbis due tenent Europa

terra ē rotūda sperica.
Terra diuit͂ in qnqȝ zone
Terra diuit͂ ī tres ptes

sc3 ꝛ africa aliud vero dimidiū sola asaya. Sed ideo ille due ptes facte sunt quia inter vtramqꝫ ab oceano/mare magnum quod mediterraneum vocatur eas intersecando ingreditur

Circa figuram terre habitabilis consideradum ꝙ secundum Astrologos qrta pars terre quā inhabitamus diuidit' in septez climata qꝛ in eis est habitatio magis nota magisqꝫ conueniens. Quorū omniū simul latitudo est. xxxvii. gradus ꝛ. xlv. minuta que valent mille. lxx. leucas secundū Alfraganum/ Quia ponit ꝙ vni gradui correspondent. lvi. milia ria ꝛ due tercie. Jnitiū āt pmi climatis distat ab eqnoctiali p. xii. grad9 ꝛ. xlv. miuta q̄ valēt ccc. leucas. lxvi. Et sic finis vltimi cliatis distat ab eodē p. l. grad9 cū dimidio q̄ valēt mille. cccc. ꝛ. xx. leucas. Et restāt vsqꝫ ad polum articū. xxxix. grad9 cū dimidio. Sꝫ tn̄ auctoritate ꝛ experiētia mltiplici pbatū ē ꝙ nō solū septem climata habitātur sed multoplus q̄ꝫ quarta pars terre hominū continet nationes ꝛ ante et post climata multe sunt habitabiles regiones quaruꝫ alique hic signate sunt. Hec vero loca a quibus denominantur climata/ Et quedaꝫ alie famose ciuitates in suis climatibus designant'. Alia autem non secundū precisam certitudinē sed secundum propinquā estimationē descripta sunt q̄ꝫtum hui9 figure breuitas patitur. De locis autem extra climata habitabilib9 Sciendūꝫ est ꝙ ante climata versus meridiem habitatio est magna. Nā etiam secundum quosdā Astrologos vsqꝫ ad equinoctialē habitatur. Et sub eo est Arym ciuitas eque distans ab oriente et occidente septētrione et meridie ymmo secundū Hali vltra equinoctialem per tres grad9 sunt ciuitates due. Sꝫ quod plus est secundū Pliniū iuenitur habitatio sub tropico capricorni vel vltra. Nam regio patbalis in Jndia est habēs portū celeberrimū vbi solis vmbre in meridie cadunt. Jdeo habitatores eius sp habent soleꝫ ad aquilonē. Et idem refert de insula taprobana / Et etiā Ptholome9 dicit ꝙ natura exigit vt sint duo genera ethiopū sub duobus tropicis. Post climata versus septētrionē vero magna habitatio est. Nā secundū quosdam etiā astrologos latitudo habitabilis est vsqꝫ. lxvi. gradus ab equinoctiali. Et secundū Plinium multoplus. Nā ostendit ꝙ vsqꝫ ad illū locum habitat' vbi extremi cardines id est poli mundi sunt ꝛ vbi dies est per sex menses et nox p tantum ꝛ ibi est gens beatissima que non morit' nisi sacietate vite ad quā cum venerit precipitat se alto saxo i mare ꝛ vocantur yperborii de europa et arumphei de asia. Versus oriens autē habitatio longe protendit'. Nā secūdū Cosmographos oportet concludere ꝙ a fine occidentis vsqꝫ ad finē indie est multoplus q̄ꝫ medietas terre vn̄ secundū Pliniū Jndia est tercia pars habitabilis. Cuius latus orientale a quibusdā fertur vsqꝫ prope finē africe protendi. Sed quod plus ē quarta pars terre ymmo eius medietas huic medietati opposita considerando viā naturalis philosophie videt' esse habitabilis sicut nostra et ꝙ

vnus g. r̄n 56 2/3 mill

ante climata ē mag hitac̄ / & guinea ē max hitac̄

sub eqnoc ē ci. arim et vltā p. 3 g. sunt due ci. et segd9 plinium sub t'pico capricorni, nā i india ē reg pataliq ē portu & vmbre sp cadūt i austrū //

sunt duo genera ethiopū //

hitac̄ ē vsqꝫ ad illū locū vbi ext'mi mundi cardines sunt & sunt dies p. 6. mēses ibi ē gens beatissima q no morit' n̄ sacietate vite /

A fine occidentis vsqꝫ ad finē indie p terrā ē multo plus q̄ medietas terre. 3ᵃ. ... tinus latus orientalis est p africe et yspanie / et ps terre opposita huic medietati videt' ē habitabilis sicut ista

india ē tercia ps habitabilis //

sub duob tropicis habitacio

non sit tota cooperta aquis sicut vulgus estimat. Nā illa pars sub pedibus nostris, q̄tū ad remotionē solis ꝛ polorū est consimilis dispositiōis sicut ista ꝛ similiter quarta vltra equinoctialē cōsitis huic quarte ꝛ ideo proporcionaliter debet esse vtraq̄ aquis discooperta ꝛ consimiliter habitabilis licet quātū in eis habitetur non inueniat' ab actoribꝰ certificatū.

In locis vo extremis vsus septētrionē ꝛ meridiēmale habitabilibꝰ ꝑpter frigoris aut caloris excessum adhuc habitare creduntur quedā monstra siue hominū siue brutoꝝ de quibus plura referunt historie. Et Ptholomeus dicit ꝙ ibi sunt homines siluestres comedētes carnes humanas ꝛ facies habentes horribiles. Et causam assignat Haly propter distātiā illaꝝ regionū et allegat hermetem ꝙ ibi habitant maligni spiritus ꝛ bestie maligne nocentes hominibus. Et Augustinꝰ testatur ꝙ ibi sunt monstruose figure vt vix discerni possit / si sint homines vel bestie. Ex quibꝰ omnibus patet ꝙ q̄titas terre habitabilis multo maior est q̄ vulgꝰ philosophoꝝ cōmuniter estimit

De quātitate terre

E quātitate vero totius terre Sciendū est secundū auctorē de spera ꝙ presupposita terre rotunditate totus eiꝰ circuitus cōtinet. ccc.lx. portiōes totidē gradibus celi correspondētes ꝛ cuilibet gradui correspondēt in terra septingenta stadia quoꝝ octo valent miliare ꝛ duo miliaria leucā Et sic totus circuitus terre continet. xv. milia septingenta ꝛ quinquaginta leucas. Sed alfraganus non mensurat terrā per stadia et ponit vni gradui correspondere. lvi. miliaria cū duabus terciis ꝛ sic totus circuitꝰ terre continet decē milia ꝛ ducentas leucas. Hic aūt modus mensurandi melior videt' quia ipsum in mensuratione climatū dictꝰ actor ꝛ alii insequūtur. Potest tamen predicta mensurandi varietas concordari. q2 secundū actorem de spera vni gradui correspondent. xliii. leuce cū dimidio miliari ꝛ vna quarta. Secundū Alfraganū vero solū correspondent vni gradui. xxviii. leuce cū duabus terciis vniꝰ miliaris. Sed sicut iste leuce et miliaria sunt multo pauciores nūero / ita m'to maiores sunt q̄titate. Nā vnū miliare de istis continet de aliis vnū cū dimidio et circiter vicesima secunda parte vnius

De mari

De mensura vero ꝛ q̄titate maris. Sciendū est ꝙ de ea non est certa mensurandi regula nobis data. Tamē quidā moderni philosophi ad saluādum ꝙ mare nō circundet totā terrā Dicūt ꝙ centrū terre non est i cētro mūdi sed centrū totius grauitatis terre et aque simul. Et q2 a marinariis iuentum esse asserit' ꝙ maxima ꝑfunditas oceani est. xiiii. miliariorū Inde probant ꝙ eadē profunditas iunior est q̄ dupla ad distantiā centri mūdi ꝛ centri terre. Sed quicquid sit de hoc nō tamē ideo credendū est ꝙ oceanus cooperiat totā medietatem terre huic medietati in q̄ habitamꝰ oppositā vt dictū est. Nā quidā probāt auctoritate aristotilis / auerrois / senece / plinii / esdre / ꝛ ieronimi ꝙ q̄titas habitabilis

magna est et ad quod operit aqua modicum esse debet. Et ad hoc induco ratione Nã versus duos polos mundi oportet q aqua habũdet quia loca illa frigida sunt propter elongatione a sole. Sed frigus multiplicat humores et ideo a polo in polum decurrit aqua in corpus maris et extendit inter principium Indie et inter finẽ hispanie ulterioris que nunc est ps africe/quin antiquitus inter hispaniã que sic vocat nunc et africã nũc dictam non fuit aqua decurrens sed terra continua. Sed postea Oceanus irruit in profunda terre et cõiunxit se mari mediterraneo quod decurrit p littus aragonie prouincie et ytalie. Mare vero oceanum inter orientales et occidentales gades herculis augustiorem latitudinem quã philosophorum vulgus credat prohibetur habere. Mare mediterraneũ incipit circa hispaniã prope occidentales gades herculis et exit ab oceano per strictum meatũ qui vocatur districtus de maroch. Et inde transiens diuidit inter europã et africam. Et usq ad principiũ asie progredit. Cuius finis non multum distare videt a principio maris rubri. Adeo ut ipsa simul iũgere alueo manufacto quandoq egiptii cogitauerint reges. Mare rubrum autẽ exit ab oceano in dico circa mediũ orientis et meridiei id ẽ versus meridiem circa mediũ orientis et occidentis. Cuius longitudo vix sex mensiũ nauigatione pertransit. A cuius littore oceanus usq ad terminũ indie vix anno integro nauigat secundũ Iheronimũ. Unde refert q classis Salomonis per triẽnium ab india deportabat cõmertia ut anno et dimidio nauigarẽt usq ibi et tanto tempore redient. Mare vero indicũ secundũ Pliniũ decurrit per latus indie a tropico capricorni secans equinoctialem et transit per latus meridianũ indie. Deinde immensum terre spacium absorbens flectit se versus occidens per meridiẽ donec recipiat fauces maris rubri ubi incipit ethiopia et ubi latitudo regionis est circiter. xvi. gradus et longitudo diei plixior fere tredecim hore secundũ Ptholomeum. Et hoc est circa mediũ primi climatis

De aere et igne

Post terrã que frigida est et sicca et aquam que est frigida et humida supereminet aer qui est calidus et humidus Qui in tres regiones diuidit In quarum infima habitant aues et bestie/ In media que semper ẽ frigida fiunt impressiones frigide sicut nubes grandines et pluuie/in suprema vero fiunt stelle comate. Et non fiunt ibi nubes vẽti aut tonitrua qz illa semper est calida

De Ventis

Venti sunt duodecim. iiii. sunt cardinales septẽtrio/ Auster subsolanus et fauonius. Alii octo sunt collaterales. Venti autem Australes maiores faciũt tẽpestates et maxie in mari tũc pcipue cum plures vẽti flant Ventus autem in terra aura dicit althanus in pelago. Post aerem ãt supereminet ignis tamq nobilius elementum qui est calidus et siccus. Cuius spera et simul cum ea suprema regio aeris secundũ Aristotilẽ mouet

cum celo de oriente in occidens sicut ⁊ stelle comate. Est autē ignis in sua spera purissim⁹ Et propter suā raritatem inuisibilis quia q̄tuꝫ aqua ē clarior terra ⁊ aer aqua Ita ille ignis est rarior ⁊ clarior aere/et tm̄ vel plus est celum rarius vel clarius igne exceptis stellis que sunt partes celi spissiores ⁊ ideo sunt lucide et visibiles. Longitudo vero orbis ignis manifestata ē per longitudinē propinquiorem orbis lune. Sed longitudo aeris non est nota. Tamen altitudinē nubiū in aere quidā māifestare voluerunt. Nam in libro de Crepusculis dicit᷑ ꝙ altitudo illa est. li. miliare ⁊ due tercie Et ꝙ maxima altitudo montiū est. viii. miliaria. Et Ptholomeus dicit ꝙ. x. stadiis est vltima eleuatio vapoꝝ ⁊ maxima altitudo montium vt olimpi. Sed Plinius mlto plura stadia numerat Et Aristotiles vult vapores eleuari vsq̄ ad confiniū aeris ⁊ ignis. Ideo talia dicta actorum glosanda sunt per diuersam q̄titatem stadii ⁊ miliaris que ī libris varie reperit᷑. Quare in hoc magna est incertitudo. Sed tamen certificatum est ꝙ totum spaciū a terra vsq̄ ad orbem lune posset pertrāsiri. xiiii. ānis ⁊ quinq̄ mensibus perfectis ⁊ vno imperfecto transeundo. xx. miliaria pro dieta. Et adhuc restarent. vii. miliaria ⁊ medietas vnius. Duplando autem istud spaciū scꝫ a centro terre vsq̄ ad lunam potest sciri dyameter toti⁹ spere contentoꝝ infra orbē lune per cuius comparationem ad dyametrū Solis potest sciri q̄tū sol minor est illa spera. Et hec de mensura huius orbis inferioris sufficiant

De inequalitate dierū

Sciendū est ꝙ sub equinoctiali semper equales sunt dies ⁊ noctes sꝫ elongando ab eo fiunt inequales. Ideo q̄to plus elongantur climata versus septētrionē tanto sunt dies lōgiores ⁊ noctes breuiores in estate ⁊ econtra in hieme. Climata vero per hoc inter se distinguuntur ꝙ clima est spaciū terre. in quo dies prolixior excedit per dimidiā horā diē prolixiorē alterius spacii/vel excedit᷑ ab eodē. Vnde patet ꝙ omnis diuersitas inter inicium climatū ⁊ finē eorū/in latitudine est triū horarū et dimidie. Secundū vero actorē de spera in medio primi climatis dies prolixior est. xiii. hore In medio secūdi. xiii. hore ⁊ dimidia. Tercii. xiiii hore Quarti. xiiii. hore ⁊ dimidia. Quinti. xv. hore. Sexti. xv. hore ⁊ dimidia. Septimi. xvi. hore. Hec tamē signatio medii in climatibus nō est precise vera/sed veritati propinqua. Ideo precisi⁹ assignant᷑ climata per principiū primi ⁊ sequentiū et finem septimi vt patet in tabula.

Post climata vero continue protongant᷑ dies estatis vsq̄ ad circulū articū ꝗ sub eo sole existente in primo pūcto cancri habet dies. xxiiii horas. Et econtra sole existēte in primo pūcto capricorni nox habet. xxiiii. horas. Sed inter polū ⁊ circulū articum aliquando contingit ꝙ dies ē ad q̄titatē vnius mēsis/aliquando duoꝝ ⁊ sic deinceps. Et econtra aliquā similiter contingit/ꝙ nox sit breuis vel longa ⁊ hec contingunt secundū

quod portio zodiaci est maior vel minor supra orizontē vel sub eo.

Sub polo vero artico contingit ꝙ vna medietas totius anni est vna dies artificialis ⁊ alia medietas vna nox vnde totus annus est dies naturalis. Et hoc qꝛ eoꝝ orizon ē idē cū equinoctiali ⁊ intersecat zodiacum in partes equales vnā medietatē supra se/ aliā sub se relinquens

Notandū etiā ꝙ sicut variātur dies secundū distātiaꝫ ab equinoctiali. Sic ⁊ variāt' vmbre. Sicut docꝫ Actor de spera. Sꝫ in situ nostro /inter tropicū cancri ⁊ circulū articū contingit/ ꝙ Sol nūꝙ̄ transit p zenith capitis. Ideo semper ibi iacit' vmbra versus septētrionalē plagā.

Alia vero sunt loca que ascia dicūtur. i. sine vmbra Et hec multis modis variant'. Nā in aliquib⁹ locis res non habent aquilonarē vmbrā/nec meridianā in solsticio estiuali. Quia quando sol fertur super capita eoꝝ in meridie non est aliqua vmbra neqꝫ ad septētrionē uel meridiem. Neqꝫ ad orientem vel occidentem Et hoc est im insula Nili/que dicit' syene q̄ ē in suprema parte Egipti in confinio illius ⁊ Ethiopie versus finē secundi climātis. De qua Lucanus/ vmbras nusꝙ̄ flectente syene/ scꝫ in meridie vnius diei quia per residuū āni ibi iacit' vmbra septemtrionalis.

Sed alia loca dicūtur ascia quia bis in āno vmbrā nō habent. Nam quedā in estate nostra proiciūt vmbrā in austruꝫ/ Solem ad aquilonem habentes. Et in hieme nostra faciūt vmbrā in aquilonem qm̄ Sol est in austro. Et hec alternatio vmbre fit per senos menses secundū Plinium

Hoc autē impossibile est fieri nisi sub equinoctiali/ quoniā licet eorū q̄ habitant inter tropicū cancri ⁊ equinoctialē sit varietas mltiplex de vmbris proiciēdis nunc ad aquilonē/ nunc ad meridiē. tamē nō possunt hāc varietatē habere p mēses sex. Sed pl⁹ proicient vmbrā in aquilonē ꝙ̄ in meridiē /quia solē plus habent ad meridiē quē ad aquilonē. Sed illi qui sub equinoctiali circulo sunt/ habent equaliter solēꝫ ad septētrionē ⁊ meridiem scꝫ per senos menses vtrimqꝫ. Et hec gens in India orestes dicunt' ⁊ monedes et symari apud quos est mons Malcus nomine In quo vmbre sic per senos mēses variantur vt dicit Plinius. Sciēdū est ꝙ licet oriens ⁊ occidens vere ⁊ proprie signentur in equinoctiali. Tn̄ climata habēt. iiii. angulos. Quoꝝ vnus in principio primi climatis versus oriens vocatus est angulus oriētis hiemalis. Alius in fine eiusdeꝫ angulus occidentis hiemalis. Tercius in principio septimi climatis angulus orientis estiualis. Quartus ei opposit⁹ angulus occidentis estiualis

Explicit Epylogus mape mūdi a domino P. de allyaco ep̄o Cameraceñ ⁊ Cardinali presbitero Tituli sancti Grisogoni

Tractatus domini Petri de Alliaco de legib9 ⁊ sectis cōtra supersticiosos Astronomos

Incipit prologus

Ontemplatio conditoris in suis operib9 ⁊ specialiter in celestibus corporibus manifeste refulget. Et in eis velut in libro quodā materiali manibus dei scripto representata est. Unde merito dicebat Eximius prophetaꝝ/ Celi enarrant gloriā dei ⁊ opera manuū eius āņunciat firmamentū. Et ideo veneranda est astronomie scientia que celorum mensuras eoꝝꝙ motus īfluētias ⁊ virtutes considerat. Ac per hoc ad contemplādā dei gloriā/ eiusꝙ gloriosam sapientiā ⁊ potentiā mentes hominū sursum leuat. Sed sunt nōnulli supersticiosi Astrologi qui hanc scientiā ꝙtuz in se est xp̄i fidelibus contētibilem reddunt. Quia eius limitib9 nō contenti dum Astronomice potestati plusꝙ ei debitū est attribuūt/ indebite dei potentie fideiꝙ cristiane detrahunt. De quoꝝ numero illos maxime fore existimo/ qui legem dei astrorū legib9 subiciunt et ab eis dependere contendunt. Ideo contra hanc eoꝝ opinionē occurrendū esse vtile iudicaui. Et in hoc tractatu breui eā tamꝙ supersticionē vanissimā reprobare

Celi enarrāt gl'iā dei/ ⁊ opa manuū eius anūciat firmamētū

veneranda ē astronomie scientia/ s3 sūt nō nulli supticiosi q eā diffamauit

Hoc opus decem capitulis distinguit'

Primū cap'lm de distinctione legū ⁊ sectaꝝ antiquā opinionē astronomorū recitat. 45 Secundū capitulū aliā opinionē circa hoc aliquo mō cōcordantē inducit. 45 Terciū cap'lm pro opiniōe predicta persuadet ꝙ lex xp̄i mercurio attribuenda sit. 46 Quartū cap'lm eandem opinionē confirmās allegat ꝙ astronomi non solū vtiliter loquūtur ꝺ legibus/ sed particulariter determināt tempa inceptionū earūdem ⁊ finē aliquarum. 47 Quintū capitulū contra predictas opiniones quasdā inducit ꝓbabiles rationes. 48 Sextū cap'lm recitat aliqua que predictas rationes soluere seu aliquo mō temperare vident'. 49 Septimuz cap'lm tres conclusiones ꝑsuadet quid in hac materia probabilius sit tenendum declarantes. 50

Octauū capitulū occasione materie precedentis querit de mensuratiōe celestiū motuū. Et ad vnā partem questionis arguit. 52 Nonū capitulū rationes ad partē contrariā predicte questionis apparenter īducit quādā mō prioribus responsionib9 responsiuas. 54 Decimū cap'lm ex precedentibus concludit premissam questionem ad vtrumlibet fore disputabilez ⁊ inde duplicem errorem quorūdam Astronomoꝝ refellit 55

Primū capl'm de distinctione legū ꝛ sectaꝝ antiquā opinionē recitat.

S Icut narrat galloꝝ doctor eximius Guillelmus Parisiē sis libro suo de fide ꝛ legibus quidam ex his qui in mun do reputati sunt sapientes diuersitates legum attribuūt celis ꝛ stellis sicut ꝛ alias diuersitates ꝛ conditiones ho minū. Et hii dixerūt/ ꝙ lex hebreoruꝫ ortum habet a Sa turno ꝛ celo ipsius Et propter hoc celebriorem habēt diē saturni que est dies sabbati Et in eaꝓpropter causam hanc maxime vaca tur legi huic. legende scꝫ docende ꝛ implende. Et ꝓpter multiplicia infor tunia saturni videlicet retrogradationes combustiones aliasq; eius occa siones. Lex illa ꝛ regimen eius atq; gens ipsius variis semper cladibus multiplicibusq; infortuniis exposita est. Quia etiā ipse Saturnus vt aiunt dux est prophetie ꝛ reuelationū. Ideo in lege eius habūdauit pro phetia/ et multiplicata est sicut apparet in libris legis ipsius ꝛ in libris prophetarum/ librisq; regnorum. Sunt ꝛ alia propria ut dicunt saturni scꝫ auaritia/ pertinatia/ ꝛ duricia quibus viciis gens illa hebreoꝝ semꝑ noscitur laborasse. Iuxta hunc modū sentiunt ꝛ de lege Sarracenorū ꝛ regno eorum vnde et credunt ꝛ plane asserunt legem hāc die ꝛ hora ve neris promulgatam. Et etiam ꝙ per venerem id est luxuriam viget. Et propter hanc causam vt dicunt. ꝛ ipsum diem veneris omni septimana celebriorem habent Quantum aūt gens illa omni venerea turpitudine se polluat manifestum est quia nec multitudo ipsorum sodomiticaꝫ turpitu dinem extinguit/ licet in ipsa lege ipsorum interdicta sit. In hoc ergo vt aiunt ꝛ gens illa ꝛ lex eius ꝛ regnum apparet esse veneris. De lege vero xp̄iana que sola est lex veritatis honestatis ꝛ sanctitatis perfecte dicūt ꝙ ipsa est lex Solis/ ꝛ regnum eius regnum Solis. Et propter hoc ce lebriorem habet gens xp̄ianorum diem solis. Propter hoc etiam qui p̄est in spiritualibus in regno isto i. romanus pontifex sedem habet in ci uitate solis. qui etiā habet figurā leonis qui in celo est domicilium solis Et ipsa ciuitas etiam fundata est in ortu siue ascensu leonis. Et prop ter hoc ciuitatem solis eam dicunt. Et quia lex ista firmitatem testimoni aleꝫ habꝫ a lege hebreorum. Ideo sedes eius capitalis ꝛ radicalis in ytalia est in medio ipsius videlicet vrbs romana. Ytaliam enim dicunt de regionibus partem esse saturni. Propter hoc etiaꝫ dicunt Pontificē rho manum in confirmationibꝰ ꝛ testificationibus suis vti sigillo plumbeo quia plumbum est proprium metallum Saturni. Sicut etiaꝫ ipsa lex cui preest vt pontifex/ confirmationibus ꝛ testificationibus vtitur legis Sa turni. Vestibus vero rubeis vtitur propter p̄ticipationem Solis. Cuius pars de coloribus color rubeus est secundum eos. Sectarum vero parti cularū ꝛ heresiꝫ que sunt preter istas leges dicūt causas esse cōiūctiōes

lex hebreoꝝ est saturni

Saturnus ē dux ph'e ꝛ reuelationū.
hꝫ ꝑ auaricia ptinacia ꝛ duricia

lex saracenoꝝ est veneris

lex x̄ianoꝝ est solis
q̄ꝛ veritatis honestatis ꝛ sanctitatis

ytaliā ē de regionibꝫ satur
pontifex vtit sigillū plūbeū q̄ē metalū Saturni qꝛ roma hꝫ p̄tē Saturni

& participationes planetarum inuicem propter hoc mutationes legum atque sectarum. Nec non et regnorum siue magnorum que tria supradiximus siue minorum. ex his predominare & precognoscere se posse opinantur Et de his in libris iudiciorum astronomie multa leguntur

Capitulum secundum aliam opinionem priori aliquo modo concordantem inducit

Licet preallegatus doctor premissam veterem opinionem multipliciter inpugnauerit/ vt dicetur infra. Eam tamen quidam doctor anglicus renouare nisus est Nec solum manutenere sed magnificare & adeo presumpsit extollere/ Vt dicere ausus sit quod potestas mathematice non solum naturali scientie sed etiam theologie absolute vtilis est Ymmo adhuc vtilior per respectum ad ecclesiam dei & rem publicam fidelium & conuersionem infidelium. Et hoc propter aliquos casus qui sunt quasi infiniti miraculi/ & ineffabilis vtilitatis Inter quos primo loco ponit certificationem fidei quam tenet ecclesiam et hanc fidem confirmari asserit ex opinione premissa sicut patet ex eius dictis que sub certis articulis hic fideliter recitabo. Primo ergo premittit quod magnum solacium fidei nostre habere possumus postquam philosophi qui dicti sunt solo nutu rationis nobis consentiunt. & sectam seu professionem fidei xpiane confirmant/ & nobiscum concordant in stabilitate huius secte. Non quia queramus rationem ante fidem sed post fidem vt duplici confirmatione certificati laudemus deum de nostra salute quam indubitanter tenemus. Secundo dicit quod per hanc viam mathemathice non solum certificamur de professione nostra sed premunimur contra sectam antixpi de qua simul cum secta xpi fit consideratio in mathematica Tertio asserit quod hec nobilissima perscrutatio fit per reuolutionem omnium sectarum principalium a principio mundi/ que sunt sex. Nec possunt esse plures & sunt secta hebreorum caldeorum & egiptiorum & agarenorum seu saracenorum qui fuerunt ex agar & ysmaele/ & secta xpi/ & postremo secta antixpi. Nec mirum si de his locuti sunt philosophi qui fuerunt post patriarchas. Quarto super his narrat sententias mathematicorum. In quibus actores concordant/ dicunt enim Iouem & Venerem esse planetas beniuolos & fortunatos/ Saturnum & Martem maliuolos & infortunatos. Mercurium vero medio modo se habere vt sit cum bonis bonus/ & cum malis malus/ quia conuertibilis nature est. De beniuolis autem Iouem meliorem esse & maiorem fortunam et deberi minoremque veneri. Et ideo cum due vite sunt presens & futura/ & plus valeat futura quam presens/ sicut eternum quam temporale. Dicunt venerem significare super fortunas huius vite quantum ad ludos & gaudia atque leticiam & huiusmodi. & Iouem habere respectum ad bona alterius vite que maiora sunt & signat sapientiam & intellectum et solutionem somniorum et diuinum cultum & legis doctrinam religionemque ac venerationem & timorem dei & artationem morum multaque talia narrant astronomi. Quinto recitat qualiter ipsi distinguunt totum celum in xii. partes

Sex sectas principales sive a principio mundi/ ebreorum caldeorum egiptiorum agarenorum xpi antixpi

Iouem et venerem beniuolos et fortunatos// Saturnum et martem maliuolos Mercurium medio modo

Venerem significat super fortunas huius vite/

Iouem ad bona alterius vite// et multa alia// sapientiam intellectus solucionem somniorum

quas vocant domos / quarum primam dant Saturno / secundam Joui Et sic vlterius secundum ordinem planetarũ. Itaq͂ .viii. datur Saturno et nona Joui. Et dicunt concorditer quod hec nona domus / est domus religionis et fidei. Unde Ptholomeus Albumazar Alcabicius et alii omnes assignauerunt istis domibus proprietates suas. Quia prima est domus vite / secunda domus substantie et sic de ceteris / iuxta suas proprietates et dispositiones naturales Ita quod nona domus vt dicunt est peregrinationum atq͂ itinerum fidei et deitatis et religionis / ac culture dei et sapientie librorum quoq͂ et epistolarum ac legatorum narrationum et rumorũ atq͂ sumpniorum . Et ideo merito vt dicunt attribuitur Joui qui habet respectum ad bona alterius vite quia illis bonis debentur fides et religio ac cultura dei et consideratio sapientialis et librorum ac epistolarum multitudo vt patet ex leege diuina et ex legatorum. i. prophetarum et apostolorum ac predicatorum copia narrantium rumores ydoneos de nobilibus conditionibus illius vite et releuationes frequentes habentium in somniis ac extasi et raptibus de hac vita. Sexto applicando premissa ad propositum inducit opinionem eorum qui dicunt ex planetarum coniunctione et applicatione ad inuicem scilicet quando fuerint in eodem signo et precipue in eodem gradu vel minuto illius gradus cum Joue / posse sumi significationem super sectis religionis et fidei. Unde dicunt quod quia sex sunt planete / quibus coniungi potest Jupiter / ideo fore debent sex secte principales . quia si coniungatur Jupiter saturno significat libros diuinos et de sectis significat iudaycam / eo quod est antiquior aliis et prior sicut Saturnus pater planetarum. est remotior ac primus in ordine ipsorum Et ipsam omnes confitentur et ipsa nullam aliam / sicut saturno omnes planete complectuntur et ipse nulli propter tarditatem sui motus quia quando aliquis planeta est ante eum ad orientem / numq͂ ipse Saturnus consequitur aliquem Sed in tantum inualescit alius planeta quod consequitur aliquando saturnum et coniungitur ei Omnes quidem secte appodiant se ad sectam iudeorum quia hec fuit prima et est radix aliarum a qua omnes aliquod genus testimonii et constitutionis habuerunt ymmo et ipsa philosophia accepit ab illa multa testimonia sicut quidam sapientes dixerunt. Si vero iupiter coniungatur marti tunc dicunt ipsum significare super legem caldaicam que docet adorare ignem Cuius nature mars est in naturali potentia et effectu . Si autem soli significatur lex egiptia que colit militiam celi cuius princeps est sol Si veneri significare dicitur super legem sarracenorum / que tota est venerea et voluptuosa quam licet machometus in scriptis dederit / tamen per longa ante tempora in vsu vite a suis cultoribus habebatur sicut notabatur in libro qui asscribitur Ouidio de vite sue mutatione vbi loquitur de secta venerea licet hunc librum ab ouidio non fuisse scriptum satis patet omni homini sapienter consideranti Si vero iupiter coniungatur mercurio / tunc est lex mercurialis

Sex sunt planete quibus coniungi potest Jupiter

Omnes secte appodiant se ad sectam iudeorum quia hec fuit prima et est radix aliarum

Si solis significat lex egiptia

Liber ouidii de vita

τ hanc dicunt esse xpianorum. Si autem lune/ tunc erit lex lune quam attribuat antixpo Et de his duab9 post dicetur ex premissis ergo patʒ q̄ licet hec opinio huius doctoris cum premissa opinione antiqua τ eius radice in multis conueniāt/tamen in quibusdā discordat quia illa soluʒ tres principales sectas/hec vero sex principales asserit esse. Jlla insu per legem xpristi ipsi soli/hec aūt ipsi mercurio asscribit. Unde hec diuer sa τ aduersa opinionum varietas manifestū signum est q̄ opiniones hu iusmodi τ eaꝝ radices non ex vera τ solida ratione sed ex magis vana τ fantastica ymaginatione procedunt

Ca. terciū sequēdo p̄missaꝝ opinionē allegat q̄ lex xp̄i mercurio attri (buēda sit

Ed tamē doctor iste ad probandum q̄ lex xp̄i sit mercurialis vt pre tactū est Jnducit etiā quasdam persuasiones que etiā magis videt̄ habere uanitatis q̄ȝ veritatis. Nam p̄ fundamēto primo supponit q̄ mer curius vt dicunt astronomi respectū habet ad deitatem et oracula pphe tarū τ credulitatē τ orationem et maxime quādo coniungitur ei Jupiter Unde τ lex mercurialis difficilior est ad credendum q̄ȝ alie τ hoc ppter motus mercurii difficiles τ circuitus in epyciclo τ ecentrico τ equāte qui sunt mirabiliores τ difficiliores omnib9 motibus planetaꝝ sicut patet ex dictis Ptholomei τ pleni9 Albategni τ Alfragani. Quapropter hoc sig nat super legem que habet difficiles articulos τ occultas veritates cuius modi est lex xp̄iana. Secundo ponit q̄ mercurius est significator scrip ture atq̄ fecunditatis τ dulcedinis locutionis et rethorice ac velocitatis eius τ explanationis sententiaꝝ. Jdeo signat q̄ tā autenticis scripturis τ tam profundis sentenciis et tanta potestate eloquentie defendit̄ q̄ sta bit semper in robore suo donec lex vltima lune perturbet eam ad tempus. Tertio q̄ hec est lex prophete secundū quod dixerunt astrologi qui nasci turus erat de virgine. Nam omnes caldei τ egiptii astronomi τ primi auctores eoꝝ docent/q̄ in prima facie virginis orit̄ virgo munda/ puel la imaculata/corpe decora vultu venusta/habitu modesta crine p̄lixo/ puerum nutriens τ pascens in terra hebrea/a quibusdaʒ nationib9 nomi natum Jhesum quē nos greco sermone xp̄m dicim9. Sic enim scribitur in maiori introductorio albumazar. Quarto subiūgit q̄ hic ortus pphe te de virgine multum conuenit legi mercuriali quia mercurius habʒ max imā potestatem seu testimonia seu virtutes τ fortitudines in virgine secū dum iudiciū astronomorum omniū. Creatus enim fuit in virgine τ dig nitates seu fortitudines quinq̄ que debent̄ planetis ratione signoꝝ habʒ mercurius in virgine vt sunt scʒ domus/exaltatio triplicitas/terminus/ τ facies. Et hoc diffuse declarat et concludit q̄ nunq̄ȝ tantū dominatur mercurius sicut in virgine Nec aliquis ali9 planeta habet in ea tot domi nia quare appropriat̄ virgini mercurius. Et ideo ex hac causa dixerūt le gem mercurialem debere esse sectā prophete nasciturī de virgine. Et hanc

Quintus

posuerunt legem xp̄ianam. Quinto ponit q̄ secundū astronomos si iupi ter cōiungit᷑ lune erit ex hoc lex lune que erit vltima sicut circul⁹ lune est vltimus. Et hec erit lex corruptionis ⁊ feda que violabit omnes alias leges et suspendet eas etiam mercurialem ad tempus. Luna enim vt di cunt significat super nigromātiam ⁊ mendaciū ⁊ ideo lex lune erit magica et mendosa Et propter corruptionē lunaris motus ⁊ figurationū luna rum signat super corruptionē legis istius/que in se erit corrupta ⁊ alias corrumpens Non tamen multū durabit quia luna velociter mutatur cū figuratione et luce sua ⁊ motu ꝓpter breuitatē circuli. Et hec vt asserūt statuetur ab aliquo magno ⁊ potente qui preualebit aliis. Et estimant astronomi taȝ antiqui q̄ȝ moderni q̄ hec erit lex antixp̄i/qȝ vltio veniet ⁊ inducet legē corruptionis ⁊ infatuabit mundū per artem magicā et mē dacia sua. Sexto ex omnib⁹ premissis concludit q̄ cum astronomi et

Sextus

precipue albumazar in libris cōiunctionum modo predicto distinguant sex sectas principales prenominatas. Inde manifeste sequit᷑ q̄ secta xp̄i ad alias compata ꝓpter eius nobiles condiciones sola digna est ⁊ alie omnes indigne nomine legis sed sunt homi nū figmenta. Ubi aduertendū est q̄ si in hac generalitate comprehēdat legem moysi labit᷑ in heresim ma nicheoꝝ qui eam damnauerūt cum tamē de ipsa xp̄us dixerit/Non veni legem soluere/sed adimplere. De aliis vero sectis verum est quod dicit Nam de lege vltima satis manifestuȝ est Et de lege venerea que est sarra cenorum et d̄ aliis sectis que sunt ydolatraꝝ. Secta vero iudeorū vt ipse ait minus elongat᷑ a veritate Sed legislator nō fuit filius virginis sicut in lege xp̄iana Nec habet conditiones alias tā nobiles/ideo oportet q̄ lex xp̄i super omnes alias optineat principatum

Cap̄l'm quartum predictā opinionem confirmans ponit q̄ astronomi nō solū vniuersaliter loquūtur de legib⁹ sȝ pticulariter de tēporib⁹ eaꝝ

A Dhuc autem doctor predictus ostendit q̄ astrologi non solū sic in vniuersali inuestigant leges vt dictū est. Sed etiā determinant tem pora inceptionum eaꝝ ⁊ finem aliquarū. Primo igit᷑ albumazar in li bro coniūctionum et alii concorditer determinant. Tres esse Saturni et iouis coniūctiones magnā vide maiorem ⁊ maximā Magna est qua cō iungunt᷑ in omnibus viginti ānis in quocūq̄ signo/Jupiter enim perfi cit suū cursum. xii. ānis ⁊ saturnus q̄i in triginta Et ideo fit vt post. xx. ānos iūgant᷑ in nono signo ab eo in quo prius iuncti fuerunt Et p⁹ ali os. xx. in alio videȝ in quinto a primo Et post tercios. xx. iterum in illo primo ⁊ hec est coniunctio magna que dicit᷑ signare pluries super subli mationem legum ac potētum ⁊ super grauitatem anone ⁊ super ortus ꝓ phetaꝝ Et postq̄ȝ in ista triplicitate totiens coniūcti fuerint vt ad aliaȝ mutentur ⁊ coniungātur tunc vocat᷑ coniunctio maior que fit in omnib⁹ ducentis. xl. ānis vel circiter Et signat super sectam ⁊ mutationē eius in

Tres sunt coniunctiones saturni vz mag[n]az maiorez ⁊ maximaz quid significat

coniunctio minor fit in 20 annis quid significat

quibusdaz regionibus. Sed quando fit coniunctio ab ista triplicitate in aliam vt a fine cancri ad iniciū arietis tūc dicit᷑ maxima per reuolutionē saturni triginta duab⁹ vicib⁹ ⁊ sic fit ī omnibus nōgētis sexaginta ānis ⁊ signat sup mutationes imperioꝝ ⁊ regnorum Et super ignitas ipressiones in aere ⁊ super diluuiū et super terre motum ⁊ grauitatem annone.

coniūctio maxima fit 900/ anis // qd significat.

Secūdo narrat iste ꝙ vna fuit maior coniūctio uel fere maxima. xxiiii anno Augusti cesaris quā dixerunt sapientes significare super legem mercurialem futurā De qua mentio fit in preallegato libro qui dicit᷑ Ouidii ⁊ inscribit᷑ de vetula. Sed de hac auctoritate modicū curandum est quia bene considerantī ꝓspicuum est librū illum nō ab ouidio/ sed ab alio longe post aduentum xpi fuisse cōscriptum. Et in adulationē fidei quasi lex xpi ab Ouidio fuisset preuisa/ eidem esse attributū. Lex autem nostra verissima non eget falsa ⁊ adulatoria laude. Tercio dicit ꝙ cum Mercurius numꝗ̄ in aliis signis sic dominetur sicut in signo virginis vt supra tactum ē Illa predicta coniūctio fuit quādo prima facies virginis ascendebat in oriente Et facta est ꝓpe caput arietis Si enim reuoluam⁹ mot⁹ saturni ⁊ iouis ad temp⁹ illud inuenim⁹ eos fuisse coniūctos per medios cursus suos ante natiuitatē xpi per sex ānos quinꝗ̄ dies ⁊ tres horas et fuit illa coniūctio in tauro Et si fuisset ꝓpinquior capiti arietis fuisset maxima. Quarto dicit ꝙ non solum per cōiunctionē predictā/ sed etiā per reuolutiones motuū planetaꝝ astronomi confirmant ꝓpositum Nā albumazar docet ꝙ mora secte ⁊ regni ⁊ earū ꝑmutatio accidūt precipue secūdum ꝗ̄titatem decem reuolutionū saturnalium Et precipue si saturno cōueniat mutatio ad signa mobilia que sunt Cancer/ Libra/ Capricornus/ Aries dūmodo Jupiter fuerit cadens ab eo. Sed si Jupiter fuerit cū eo aut aspiciat eum minuet multū de malo ꝓpter eius bonitatem. Quando enim fuerūt cōplete decem reuolutiones saturni in diebus darii fuit apparitio Alexandri magni / ⁊ destructio regni persarum Et circiter post alias decem reuolutiones completas apparuit Jhesus filius Marie cuz ꝑmutatione secte Et quādo complete sunt decē alie/ venit lex que est iter paganos ⁊ saracenos Et post decem alias venit machometus Et illd forte est ante complementū decime vt in reuolutione nona vel post in vndecima ⁊ illud est secūdum ꝗ̄titatem eius quod exigūt coniūctiones premisse que sunt fortiores istis reuolutionib⁹. Et similiter mutatur hoc citius vel tardius secundū proprietates planetaꝝ dominātiū regnis diuersis vt Saturn⁹ dominat᷑ Indie Jupiter Babilonie Mars tracie Sol romanis ⁊ imperio/ Mercurius Egipto/ Luna Assyriis. Sed qualiter hec assignatio planetaꝝ ad hec regna possit saluari cum assignatione eorumdē ad .vii. climata quam aliter ⁊ diuersimode assignāt astronomi nō est facile concordare De hoc tamē hic discutere nō est mei propositi sed in tractatu de ymagine mundi circa hoc aliquid tetigi. Quinto ponit doctor iste ꝙ

lex nra verissima nō eget falsa ⁊ adulatoria laude //

mercurius nō sic dnat sicut ī virgine /

Si enim reuoluamus motus S. ⁊ J. ad tps illud īuenimus eos fuisse giūtos p medios cursus suos ante natiuitatē xpi sex anos 5 dies ⁊ 3 horas ⁊ fuit ī tauro

sig. mobilia cancer libra capricornus

Que dnant planete Saturnus Indie J. Babilonia M. Tracia S. Roma M. Egiptus L. Asirys /

Lex machometi nō pōt durare vltª. 693. annos

de destructione legis machometi certitudinaliter loquūtur astronomi. nā secundū quod albumazar dicit lex illa non potest durare vltra sexcētos nonagintatres annos Sed tātum ipsa durabit nisi ꝓpter aliquā causaꝫ incidentem abbreuiet tempus secundum quod prius tactū est Que abbreuiatio potest firi maior vel minor ex causis diuersis Et ut iste doctor dicit tunc quādo hec scripsit iam erat ānus arabū sexcētesimus sexagesim⁹ quintus a tempore machometi. Et ideo cōcludebat ꝙ cito destrueret ⁊ ꝙ istud erat magnū solatium xpianis. Unde laudādus erat deus qui philosophis dedit talem lucem sapientie per quā lex veritatis cōfirmat ⁊ roboratur ⁊ p quam pcipius inimicos fidei destrui debere. Et pro concordia hui⁹ sentēcie inducit scripturā apocalipsis que dicit ꝙ numer⁹ bestie est sexcentū. lxiii. Qui numerus est minor predicto p. xxx. annos. Sed in multis locis subticet aliquod de numero completo Nā hic est mos scripture vt dicit beda Et hoc forsan voluit deus ꝙ nō exprimaret totaliter sꝫ aliqualiter occultaret sicut et cetera que in apocalipsi scribūtur. Quia forte ante illud tempus vltimū quod huic secte secundū eius causaꝫ principalem determinat albumazar continget ꝙ saraceni destruētur aut p tartaros aut per xpianos sicut iā tunc maxima pars sarracenorum destructa erat per Tartaros ⁊ caput regni quod fuit Baldach ⁊ Caliph qui fuit sicut papa eorum. Sed hiis nō obstantib⁹ licet iam postea tēpus magnum lapsum sit/ tamē expientia docet ꝙ nōdū secta illa perditionis destructa est Sed ꝓchdolor sepe ⁊ multuꝫ contra xpianos inualescit Unde patet ꝙ in hac opinione fragilis est ⁊ exigua seu inualida certitudo. Sexto dicit iste doctor ꝙ quia credimus ꝙ post legem Machometi nulla secta veniet nisi lex Antixpi ⁊ Astronomi similiter in hoc concordāt ꝙ erit aliqs potens qui legem fedā ⁊ magicam constituet post Machometuꝫ que omnes alias suspendit Ideo multum esset vtile ecclie dei considerare de tēpore istius legis an cito veniet post destructionē legis Machometi/ an multum longe. Et Ethicus philosophus dicit in sua cosmographia ꝙ gēs q̄ fuit clausa inter portas caspias irruet in mundū et obuiabit Antixpo et eum vocabit deuꝫ deoꝝ Iam vero vt dicit/ Tartari qui fuerūt infra portas illas inde exierunt Nā porte ille fracte sunt sicut retulerūt aliqui xpiani qui per medium earū transierunt Hoc ergo inducit quasi signuꝫ ꝓximi aduentus antixpi Unde concludendo dicit. Scio ꝙ si ecclesia vellet reuoluere textum sacrū ⁊ prophetias sacras / atq; prophetias Sibille et Merlini aquile ⁊ Joachim ⁊ multoꝝ aliorū. Insuper historias ⁊ libros philosophorum atq; iuberet considerari vias Astronomie inueniret sufficiens suspicio vel magis certitudo de tempore antixpi. Sed his videtur obuiare dictū xpi Nō est vrm̄ nosse tempa vel momēta que pater posuit ī sua potestate ⁊ illud de die autē illa ⁊ hora nemo sit. ⁊c. Quid autē super his dicenduꝫ sit nō est presentis operis diffinire Sed de hac materia

Saracenos destruūtur aut p tartaros aut p xpianos

Tartaros destruxerunt regnum baldach et caliph

tartaros fuere infra portas caspias

nō ē nosse

tractatui in quodā sermone de aduentu dñi/super verbo. Scitote quoniā prope est regnum dei

Ca. quintū ɔtra predictas opiniōes q̄sdā allegat ꝓbabiles rationes

Licet vero premissa omnia iste doctor inducere videat᷑ ad fidei confirmationē ꝛ legis xp̄i laudem Tamen multa ex eis perspicaciter cōsideranti apparent magis infirmare q̄ꝫ confirmare fidē Nec esse vere laudationis /sed esse magis ficte adulationis legis seu religiōis xp̄iane. Vn̄ contra eius opinionē ꝓcedere videntur rationes quas libro preallegato facit dictus G. Parisiē contra opinionem antiquā superi⁹ recitatā. Quarum prima est quia vera fides docet stellas ꝛ planetas subditas esse cultui diuino ꝛ legi et nullatenus econuerso Nam iubente Josue ꝛ dicente. Sol cōtra gabaon ne mouearis ꝛc. Obediuerūt Sol ꝛ Luna stetitq̄ꝫ Sol in medio celi spacio vnius diei ꝛ non occūbere festinauit/ Et sic duplicata est dies Que duplicatio ex necessitate toti mundo visa est et per consequens sensibili testimonio celorum error iste destruit᷑. Obediuerunt etiaꝫ Sol ꝛ Luna Josue cultori dei ꝛ ministro legis eius ꝛ non nisi ꝓpter dei cultū legisq̄ꝫ ministerium. Quare manifestū est ipsuꝫ dei cultū ꝛ legē superiores esse ꝛ fortiores Sole ꝛ Luna/superioresq̄ꝫ facere ac fortiores eis huiusmodi cultores atq̄ꝫ ministros. Nullatenus ergo cultus dei et lex ei⁹ subsunt planetis sed magis econuerso. Ad idē facit retrocessio Solis ꝛ reuerso vmbre per decem lineas que facta fuit Ezechie Sicut in libris regū legit᷑ ꝛ in Ysaya. Secunda ratio est quia Celi ꝛ Stelle aut sciēter ac voluntarie ista operantur que eis imponunt᷑ aut naturaliter sicut ignis calefacit ꝛ lux illuminat. Si primo mō quia inducūt sectas perditionis q̄b⁹ contradicit᷑ cultui diuino ꝛ legi/necesse est eos grauissime peccare in deuꝫ ꝛ in animas quas a cultu eius ꝛ lege auertunt et in errores impietatis adducunt Quare ꝛ malos eos esse ꝛ dei capitales inimicos dubitari nō potest. Item malicia ista aut esset eis innata aut aduenticia ꝛ acquisita Si primū dicat᷑ erunt igitur naturaliter mali ꝛ cū nihil habeant naturale quod deus in eis non creauerit /nō solum eos malos creasset deus sed etiā maliciam creasset in eis quod q̄ꝫ longe sit a diuina bonitate palā est. Nam si maliciā creasset deus contumeliam creasset ꝛ aduersus semetip̄m contradictionē ꝛ inimicitiā capitalem. Si vero secundum dicat᷑ tunc necessario corrupti sunt atq̄ꝫ decepti mutatiq̄ꝫ a suo statu ꝛ bonitate naturali q̄i locum habeat apud animas eorū imutatio ꝛ corruptio Cum corpa eorū naturaliter incorruptibilia esse constet Et hoc ordo nature nō patitur vt in eis nobilior sit status corporū q̄ꝫ animaꝝ. Restat igitur vt nō scienter ꝛ voluntarie operentur talia. Si vero dicat᷑ q̄ ista opantur absq̄ꝫ scientia ꝛ voluntate pure naturaliter queadmoduꝫ lapis adamas attrahit ferrū. Hec ergo potentia necessario ꝛ non libere operatur vel necessario non opatur que quedam operatio seruilis est Sicut dicit Philosoph⁹

virtutes celorum impossibile est causare i nobis sapiētia vel virtutes

rac° / nec leges nec secte nec alia hmōi a celis vel planetis possūt causari

ꝙ natura operat᷑ per modū seruitutis. Hoc autem videt᷑ esse impossibile quoniā virtus sic operans ignobilis est et vilis cōparatione virtutis libere operātis scʒ q̄ potest in vtrūq̄ʒ oppositorū id ē super suum operari et non operari. Vilius aūt impossibile est esse causam rei nobilioris Quare virtutes celorū impossibile est causare in nobis sapiētiam vel virtutes vel bonos mores vel etiā quascūq̄ʒ artes vel voluntates / cum omnia hec nobiliora sint omnib⁹ huiusmodi que ipsi ponūt in celis. Tercia ratio est quia virtutes celoꝝ ex quibus sunt huiusmōi opationes aut sunt corporales aut spirituales / Si corporales igit᷑ non possunt naturaliter imprimere dispositiones spirituales quia naturales operatiōes per similitudinem fiunt Cum agens naturaliter intendat dare quod habet et assimilare sibi recipiens / manifestū est igitur ꝙ nec leges nec secte nec alia hmōi ex talibus esse possunt ⁊ propter naturalē dissimilitudinē ⁊ quia hec nobiliora sunt eis cum impossibile sit in natura vt causa sit ignobilior causato. Item corporales virtutes nō agunt nisi per contactū agentis ⁊ patientis vel medii quare in his qui in antris vel locis subterrāneis nascunt᷑ ⁊ degunt nihil poterunt virtutes huiusmodi ⁊ ita nō poterunt eos mutare ad mores vel leges aut sectas. Si vero dicat᷑ has virtutes celorum esse spirituales / cum tales virtutes nō operent᷑ nisi intelligendo ymaginādo ⁊ desiderando / primo apud se necesse ergo erit celos intelligere primuʒ ⁊ desiderare hmōi impressiones in hominib⁹ Et ex hoc sequit᷑ vt prius dictum ē ꝙ scienter ⁊ voluntarie mala prenominata ⁊ nō solum bona imprimant hominibus ⁊ animab⁹ humanis. Et etiā hmōi operationes nec loco nec tempore adiuuātur siue impediunt᷑ sicut apparet in opationibus animarum nr̄arum Eque enim intelligunt et eque libere volunt eque ymaginātur ⁊ desiderant in vno loco sicut in alio Et per cōsequens quelibet stellarum eque potēs est ad hmōi operationes in vno situ vel loco sicut in alio quocūq̄ʒ Eque igit᷑ in ortu vt in occasu eque in vno signo ut in alio quocumq̄ʒ. Non ergo locum habet apud eos domiciliuʒ neq̄ʒ exaltatio neq̄ʒ casus aut aliquid aliorum vndecim que hi nō sapientes sed somniātes eis attribuūt alioquin debiliores essent intellectus ⁊ ymaginatio ac volūtas ⁊ desiderium apud eos q̄ʒ apud nos. Ad confirmationeʒ istius rationis multa subdit Ex quib⁹ aliqua nō solum vident᷑ probare ꝓpositum qd̄ ī materia presenti querit᷑ Sed vltra hoc etiā reprobare videntur magnaʒ partem astronomie de iudiciis hoc autem facere nō est presentis intentionis / ideo de illis ptranseo Nam ad ea secundū Astronomos etiā dari posset probabilis responsio. Quarta ratio est / quia aut iste cōstellatiōes siue stellaꝝ positiones sunt signa tantū istoꝝ euentuū inferioruʒ aut sunt signa ⁊ cause simul Si signa tātum aut erunt concomitantia res de necessitate aut non Si sic cuʒ igit᷑ ipsa signa necessaria sint Hoc est que auerti vel mutari nullo modo possunt erūt ipsi euent⁹ īmutabiles ⁊ īauersibiles.

⁊ ita omnia de necessitate eueniēt mortalibꝰ Si vero sunt signa que nō de
necessitate cōcomitant̄ euentus inferiores erūt possibilia separi ab ipsis
Signum autem a quo separata est eius res signata signum mendax est
Quare possibile est huiusmodi signa fallere Non est igit̄ sciētia de sig
nificationibꝰ eorum Scientia enim ⁊ ars nō sunt de fallibilibꝰ. Si vero
signa sunt ⁊ cause istoꝝ euentuum cū in se necessaria sint erunt euentus ex
necessitate necessarii. Motus enim celorū cū omnibus dispositionibus
suis necessarius est ⁊ immutabilis Quare euētus omnes causati a cōstel
lationibꝰ similiter erunt necessarii Ex premissis finaliter concludit q̄
secte perditiōis ⁊ errores atq̧ vicia et peccata quibꝰ dei iusto iudicio eterna
damnatio reddenda est nullatenus celestibꝰ creaturis attribuenda sunt qꝛ
nec naturaliter nec voluntarie a bonis dei creaturis tante dei cōtumelie
tanteq̧ perditiōes hominū effici possunt sine creature iste celestes anima
te sunt ⁊ animalia vt ipsi opinant̄ siue nō De omni vero lege bona ōiq̧
salutari credulitate nullatenus dubitādū est quin sit ab actore fonteq̧
vniuersali ac primitiuo bonoꝝ qui est deus altissimus Adhuc autem ad
cōfirmationem omnium premissoꝝ induci possent rationes eiusdē docto
ris quas facit in libro suo de vniuerso parte prima contra Astronomos
qui blasphemant contra bonitatem dei altissimi dicentes quosdā ex pla
netis vel stellis malos esse et eos expresse vocātes infortunia et attribuē
tes eis magnam partē maloꝝ que fiunt in hoc mundo ut homicidia furta
rixas/cedes prelia/lites/⁊ iurgia fraudes ⁊ alia hmōi. Hec enim infama
tio quam specialiter duobus planetis attribuūt videlꝫ Saturno ⁊ Mar
ti in blasphemiā recte diffundit̄ creatoris vt diffuse probare nitit̄ Et hāc
aliasq̧ multas quorundā astronomoꝝ vel magoruꝫ superstitiones Ibi
rationibus variis persequit̄ Tandeꝫ vero postq̄ de celis ⁊ stellis ac earū
virtutibꝰ multa tractat vtilia Concludit q̄ virtutes celestes nō per mo
dum quē putauerunt astronomi possunt in leges vel sectas Nec in artes
aut disciplinas vel mores hominū Similiter nec in honores aut dignita
tes principatus vel dominationes rerū humanaꝝ

blasfemāt cōt bonitatē dei altissimi dicētes q̄sdā ex planetis vl stellis malos ec.

Ca. sextū aliq̄ recitat q̄ predictas ratiōes quodāmō soluere vident̄

S Ed q̄uis huic opinioni multū fauere videātur dicta sanctorū sicut
Augustini libro de ciuitate dei ⁊ pluriū alioꝝ. Tamen hmōi conclu
sio ⁊ rationes huius doctoris ad eam probandaꝫ inducte in illa generali
tate qua tradite sunt nimis apparent eneruare ⁊ pro magna parte peni
tus ānullare astronomie sciētiā ⁊ astronomicā potestatē Vnde videt̄ q̄
hec opinio possit restringi possintq̧ aliquo modo temptari probationes
ipsius per aliqua ad excusationē astronomorū apparēter inducta ab illo
doctore anglico prememorato cuius dicta breuiter recitabo. Primo ergo
dicit q̄ secundūꝫ Astronomos ⁊ precipue Catholicos ⁊ fideles licet secte
aliquo mō sint a constellationibꝰ celestibus tūc huiusmōi secte vl' leges

pendent ex libertate rationis Cũ non imponant aliquã necessitatem libero arbitrio dicẽtes planetas esse signa inuentia nobis ea que deus disposuit ab eterno fieri/siue per naturam siue per voluntatem humanã/siue p rationẽ ꝓpriã secundũ placitũ sue voluntatis/sicut dr̃ libro de cursibus planetaꝝ. Secundo dicit ꝙ secũdum Astronomos licet voluntas non cogatur tamẽ corpus alterat̃ per virtutes Celorum. Et tũc anima corpori vnita excitat̃ fortiter ⁊ inducitur efficaciter. licet non cogatur ut velit sequi/licet gratis seu libere inclinationes corpis ad act9 priuatos vl̃ publicos/⁊ ad bonos sicut ad malos vt sic opiniones ⁊ secte ac mutatiões consuetudinum inducant̃ per aliquem famosum in populo et potentem Secundũ quod preuisum fuit ⁊ precognitũ a deo Ita ꝙ planete sic nõ solum sint signa/ sed aliquid faciant in excitando. Et in hoc vltimo verbo multum bene dicit meo iudicio quia non videt̃ mihi bene intelligibile ꝙ constellationes sint signa innuentia futura Nisi aliquo mõ sint eoꝝ causa. Tercio dicit ꝙ cum aliqui Astronomi posuerũt dominũ Iesum xp̃m esse deum ⁊ hominẽ vt Ethicus manifeste dicit in cosmographia et Alcuinus similiter/⁊ sicut in preallegato libro de Vetula Deum incarnari in xp̃o expresse concludit̃ attribuũt ista xp̃o non tamq̃ꝫ puro homini/cũ ista naturaliter homini denegẽtur. Hec volũt ꝙ dispositio celestis potuerit esse signum conceptionis virginis ⁊ natiuitatis illius hominis de virgine inq̃ꝫtuꝫ homo. Sed sicut dicit̃ in libro cursuũ planetaꝝ Planete omnes ⁊ cetere stelle aliter deo homini facto/aliterq̃ꝫ puro homini/aliter creatori/aliter creaturis famulant̃/voluit ergo deus res suas sic ordinare vt quedã que futura preuiderit rationabili9 per planetas ostẽderit Ido scilicet vt mens humana dei mirifica recognoscens in amorem sui cõditoris succensa excrescet̃. Et ideo volunt ꝙ inuere ⁊ significare possunt celestia hoc opus deificuꝫ conceptionis ⁊ natiuitatis Quatenus creatura attestetur suo creatori in carnem venienti Sicut contra naturã Sol obscuratus fuit in passione propter qd̃ philosophi hoc videntes dixerunt. Quod aut deus nature patiebatur aut tota mundi machina dissolueret̃ Et procul dubio volunt ꝙ impossibile sit deũ subici creature Nec illud opus diuinum inq̃ꝫtum fuit cũ virtute infinita ⁊ super naturã fuit aliquo modo subiectum dispositioni celesti Iam vero in hoc dicto videt̃ iste discedere a via scientie naturalis eo ꝙ Astronomi naturaliter non habuerũt ꝑcognitionis astronomice scientiã respectu huius operis diuini Nec per consequens future legis xp̃i que tota diuina est ⁊ supnaturalis. Quarto dicit ꝙ licet illud opus mirificum inq̃ꝫtum supernaturale nõ fuit subiectuꝫ celesti constellationi Tamen inq̃ꝫtum virgo mundissima fuit vera mater ⁊ natural̃ dñi Iesu xp̃i et aliquo modo operata fuit ex virtute naturali ĩ preparando materiam ⁊ fouendo Et in hoc posuerunt virtutem celi coopatam fuisse virtuti naturali virginis ⁊ excitasse eam inq̃ꝫtum naturaliter

planete non cogũt sed alterantur vl̃ per virtutes celorum.

superiores celos ⁊ potentia dñi/ voluit dñs quod obscuraret sol quando nat̃ ĩ sua passione/ philosophi dixer̃ ꝙ aut deus nat̃ patiebat̃ aut tota mũdi machina dissolueret̃/

virgo mũdissima fuit vera mat̃ et naturat. d. Ihũ xp̃i

opabatur quia homo generat hominē ⁊ Sol Si eniȝ aliquid naturale fue rit in illa conceptione per materie preparationē et fomentum in utero et hoc inq̄tū fuit vera ⁊ naturalis mater /non estimant inconueniēs ponerē celestem dispositionē esse plusq̄ signum illi⁹ Sed tandeȝ cōcludit ꝙ quic quid isti dicunt in hac parte ad regulā fidei reducendum est ut a catholi ca veritate nō discordet Et licet ōnia ad plenū non sufficiant ostendere secreta huius secte tamen an sit ⁊ qualis sit in vniuersali pulchre attestā tur. vnde in hoc excusare debem⁹ ignorantiā eorū qua defecerunt a plena certificatione ritus xp̄iani Cum in eo fuerint instructi ⁊ laudare ꝙ nobis cum concordāt ⁊ nostrā professionem confirmant

homo generat hoīēȝ ⁊ Sol.

Capitulū septimū tres conclusiones persuadet quibus patet quid in hac materia probabilius sit tenedum

Ex premissis manifeste pateȝ q̄ diuerse sint ⁊ aduerse/sentēcie in hac materia Sed utile iudico licet sit difficile inter extrema mediū elige re ⁊ ad hoc aliq̄s cōclusiones hic ꝓbabiliter explicabo. Prima ē ꝙ ōnes leges vel secte q̄tuȝ ad illa que in eis naturalia sunt vel naturaliter fiūt astronomice potestati seu cōstellationi vel dispositiōi celesti aliqualiter subesse possunt. Et hec est in hoc fundata quia orbis iste īferior infra spe ram Lune contigu⁹ est ⁊ subiectus lationibus superioribus .i. celestib⁹ corporib⁹ ut secūdum Aristotilem tota virt⁹ eius gubernet' inde Et hoc verū est non de hiis que pure libere vel miraculose fiunt. Sed de his que naturalia sunt et naturaliter procedunt Naȝ de his tam ratione q̄ expien tia manifestum est ꝙ aliq̄ celesti dispositioni subsunt ut in libro prealle gato dictus G. Parisieñ pulchre declarat Cum ergo non appareat maior ratio de aliquibus rebus naturalib⁹ q̄ de aliis concludendū est de omni bus ꝙ sic naturaliter subsunt. Quare q̄tū ad hoc non erit istud inconue niens dicere de legibus vel sectis etiā de lege xp̄iana Verbi gratia xp̄us legislator noster a sua natiuitate valde bonā complexionē naturalē dici tur habuisse Non est ergo fidei dissonū et est rationi naturali consonum ꝙ sub bona celi dispositione seu constellatione natus fuerit a qua com plectionis bonitas naturaleter in eo dependere potuit Sicut etiam supra dictū est de conceptione in utero virginis q̄tum ad naturalem prepara tionē materie ⁊ fomentū Vnde iuxta hunc moduȝ non videt' inutile figu ram natiuitatis xp̄i veraci calculatione discribere ut īnotesceret secūduȝ astronomos qualis tūc erat dispositio Celi. Ad confirmationē autē hui⁹ rei per similitudinem potest induci vnū exemplū legis Moysi scilicȝ d diluuio de quo tangit dictus Parisieñ libro preallegato Naȝ ibi tractās de catharactis Celi de quibus loquitur Moyses exponit ꝙ per eas intel lexit Propheta partes illas Celi que generatiue sunt pluuiaꝝ ⁊ inunda tionis aquarum Quales sunt signa aquatica ut Cancer ⁊ Pisces Simili ter Plyades ⁊ Oriō. De planetis vero Mars Ven⁹ ⁊ Luna. Cataracte

orbis iste īferior ī spera lune ē subiectus celestib⁹ corporib⁹./

ptes celi que sunt generatiue pluuiaꝝ ⁊ īundacī/aquaꝝ/

ergo hmôi tunc apte intelligunt cum cause huiusmôi ad istas opationes pluuiaꝝ nutu creatoris laxate sunt ⁊ etiã confortate Cum igit hec dicat de diluuio illo quod tamqꝫ miraculosum narrat lex hebraica quare non similiter dici poterit de pluribꝰ aliis que in eadem lege/ vel etiam in lege xpiana legunt Hec autem ⁊ alia possent ad predictã conclusionem iduci sed breuitatis gratia his cõtentari expedit. Secunda cõclusio est/ ꝙ leges vel secte que vel humana adinuentione vel diabolica suggestione intro ducte sunt sicut secta Machometi vel supradicte secte ydolatrie aut alie huiusmôi celesti dispositiõni naturaliter subsunt Et hec ex premissa con clusione sequit Nam cũ in huiuscemodi sectis nihil miraculose aut super naturaliter fiat consequens est vt totum a causis naturalibꝰ aliqualiter dependeat licet ad eas principaliter corrupta hominũ volũtas libere ope retur Nec propter hoc Stelle ⁊ Planete diffamandi sunt de malicia vel ifortunio ut bene ꝓbat preallegatus doctor vbi supratactũ est. Vnde ⁊ Saturnꝰ et Mars nominãdi sunt boni ⁊fortune ⁊ fausti Cum iste nomi nationes debeant eis naturali bonitate quã nec casus nec accidentia alia huiusmodi eis auferre potuerunt Et ideo per hoc respondet rationibus eiusdem supra factis ꝙ corpora celestra vel celestis intelligentie sicut na turaliter bona quedam excellentia sunt ita qꝫtum in eis est bona efficiunt que ab eis procedunt quare in huiusmodi sectis perditionis nec natura liter nec voluntarie mala intendunt seu errores vel peccata q̃ in eis fiũt sed hec preter eorum naturalem intentionẽ accidunt. Et ideo Astronomi qui Saturno vim vel potentiã adiuuandi vel dirigendi animaꝫ intellec tiuam humanã attribuũt nullo modo debent eidem attribuere corruptio nes aut pu̾ersitates ipsius nec inclinationẽ ad fraudes dolos astucias atqꝫ mendacia Sed hec omnia fieri in vi intellectiua humana per inepti tudinem siue inhabilitatem susceptibilitatis ⁊ hec ineptitudo est ei ex pte corporum Sicut est exempluꝫ in operatione lucis solaris que in aliquibꝰ visum adiuuat/in aliis ledit uel tollit iuxta dispositionẽ suscipiẽtis. Sic ergo dicendum est de Saturno ꝙ cũ ipse secundũ eos intendat dirigere ⁊ illuminare vim intellectiuam ad ea intelligenda que recta et vtilia sunt ⁊ interdum vt dicunt vsqꝫ ad splendorẽ ꝓphetice Tamen impedit hec in tentio eius ⁊ operatio a pte corporis quod ipsi anime coniũctũ est Et cũ ex hac illuminatione deberet quisesse studiosus circa scientias sacras ⁊ di uinas efficit curiosus circa alias ⁊ melancolicus ac cogitator vanarum rerum vel noxiaꝝ quales sunt fraudes et doli. Hoc aũt etiam de aliis pla netis secunduꝫ eorũ proprietates cõsimiliter declarat iste doctor pulchre ⁊ vtiliter Per hoc tamen ꝙ hic dicit de hmôi indispositiõe que est ex pte corporis/ non tollit quin principaliter ad hos errores ⁊ peccata sectarũ predictaꝝ operetur deprauatio libera volũtatis de qua re plura possent dici Sed hec ad presens sufficiant. Tercia conclusio est ꝙ leges vl̾ secte

Stelle et planete nõ sũt difamãdi de malicia ⁊ vel infortunio

planeta q̃ cõ bonis vtile et ꝗ malis ... ideo videt ⁊ ... arbit

exẽplũ lux solaris ĩ aliqbꝫ visũ adiuuat ⁊ ĩ aliis ledit

Saturnus dirrigit ⁊ illuĩnat ĩterdũ vsqꝫ ad splẽdorẽ pphe. ĩpedit ĩ opationẽ

diuine id est non humanitus sed diuinitus inspirate qualis est lex xpi ꝛ
qualem fuisse credimus legem Moysi inquantum a diuina voluntate libera
supernaturaliter ꝛ miraculose procedunt nullatenus Astrorum legibus seu
eorum constellationibus subiecte sunt Nec ad eas vel earum veritates sub
limes ꝛ rationē naturalem excedentes astronomice scientie potestas aliq̄
tenus se extendit . Et hec patet primo quia cū celestis constellatio sit vir
tus naturalis/cum etiā Astronomia sit naturalis scientia earum potestas
vires naturales non excedit/nec ad ea que contra vel supra naturā sunt
se extendit Cuiusmodi sunt ea que miraculose ꝛ supernaturaliter fiunt/ qua
les sunt leges predicte ꝛ plurime veritates que secundū eas docentur ꝛ cre
duntur Nō ergo attribuet lex xpi Mercurio sicut dicit doctor ille Angli
cus Sed soli deo altissimo/nec celesti constellationi/ sed almo Syderū cō
ditori Que enim conuenientia aut colligantia que comitantia aut connexio
difficultatis motuū Mercurii ad difficultates veritatū fidei ꝛ precipue
illarū que facultatem nature ꝛ naturalē excellunt intellectū/sicut sancte ꝛ
indiuidue trinitatis eterne generationis ypostatice vnionis conceptus
virginalis ꝛ aliorū huiusmodi articulorū legis xpiane. Si vero ille dixe
rit ꝙ quantum ad hmōi supernaturalia Mercurius ꝛ difficiles eius circuitus
seu quecunque alie dispositiōes celestes nō se habēt sicut cause sed sicut signa
Jam supra tetigi hoc nō bene esse intelligibile Pro cuius declaratione sci
endum est ꝙ figura Celi seu dispositio est velut quidam liber naturalis
manibus dei scriptus sicut a principio tactum est Jn quo tamquam litteras
seu quasi scripturas legibiles fecit luminaria celestia sicut ipse per Moy
sem testatur vt essent in signa ꝛ tempora. Ibi ergo representantur futura/non
quecunque sed naturaliter fieri possibilia ꝛ respectu istorum sunt in celo sig
na Non quidem ad placitū sed naturaliter significātia Ideo non possunt
esse signa rerum quarum non sunt aliquo modo naturalis causa Cum ad illa
signa naturaliter sequuntur eorū signa sicut posita causa ponitur effectus Ex his
ergo patet propositū ꝛ ꝙ ex huiusmōi celestibus signis nō potuerūt Astro
nomi prenosticare de lege xpi ꝛ precipue de supernaturalibus veritatibus
predictis Si vero quis dixerit ꝙ de hmōi veritatibus multa predixerunt
infideles sicut Hermes tremegistus de verbo eterno ꝛ Sibille de xpo mul
ta scripserunt sicut docet Lactantius ꝛ in libro de ciuitate dei recitat Au
gustinus/ vnde ꝛ de Sibillinis versibus canit ecclesia Ad hoc respondeo ꝙ
hii seu alii Gentiles vel Philosophi vel Astronomi qui de his scripserūt
non hec habuerūt per astronomiā seu naturalem scientiā/sed hec receperūt
ex diuinis scripturis quas forte aliqui legerunt uel ad hec precognoscen
da eleuati sunt per reuelationē diuinam quam proprie vocamus prophe i
cam Quam nec a Saturno/nec a celo sicut fabulantur Astronomi/ sed a so
lo celorum creatore credimus prouenire Sed adhuc ad confirmationem
propositi vnā facio rationē que velut Achilles fortior est Nam signemus

figura celi est quidam liber naturalis manibus dei scriptus in quo tamquam litteras seu quasi scripturas legibiles fecit luminaria /

figuram celi seu constellationẽ que significauit secũdum Albumazar vel alios Astronomos super lege xpi futura. Tũc quero ab eis an similis cõstellatio aliquãdo precesserit vel non Si dicant ꝙ sic Ergo tunc similis propheta ⁊ similiter nat9 de virgine similis lex vl' secta similes legis veritates precedere debuerunt Cum similem causam sequi debeat similis effectus/seu ad simile signum simile signatũ Hoc autẽ consequẽs nullus fidelium diceret Nã fides docet ꝙ lex ista sicut ⁊ legislatoris mater incorrupta nec primã similem visa est nec habere sequentem Si vero dicãt ꝙ nũꝗ similis constellatio precesserit an futura sit nec similis causa in celo aut simile signum vnde sequi possit talis euẽtus aut euenire similis effect9. Sequitur ꝙ ipsi aut alii Auctores astronomie predecessores ipoꝝ nõ potuerunt habere expientiã Nec per consequens naturalẽ scientiam ꝙ hui9modi constellatio esset aliquo mõ causa efficiens vel signum prenosticãs huius legis vel secte future/quare nec talem eam futurã esse ex huiusmõi constellatione naturaliter precognoscer potuerũt Insuper si hoc cõcedat' ꝙ numꝗ similis constellatio aut precesserit aut secutura sit /sequitur ex hoc ꝙ motus corporum celestiũ seu reuolutiones celestes sunt improportionabiles ⁊ icõmẽsurabiles Ita ꝙ precise ⁊ pũctualiter nũꝗ celũ reuoluitur ad eũdem statum Cuius oppositũ supponere videtur cõmunis astronomorũ opinio. Ex premissis ergo conclusionib9 ⁊ earũ rationib9 satis patet quid in proposita materia probabilius sit dicendũ

Capitulũ octauũ occasione premissorum querit de cõmensuratiõe motuũ celestium ⁊ ad vtrãꝗ partẽ questionis arguit

Et adhuc pro maiori huius materie declaratione ⁊ specialiter hui9 quod in vltima ratione pretactũ ẽ hic rationabiliter queri potest quid de premissa incõmensuratione motuũ celestiũ sit tenẽduꝫ et vtrum sint pportionabiles vel nõ. Vnde sciendũ est ꝙ ad vtramꝗ questionis partem rationes probabiles inducte sunt quas hic recitare breuiter non videt' inutile Pars ergo affirmatiua pbat' quadruplici ratione Quarũ prima fundat' in hoc ꝙ pars contraria diuini bonitati detrahit. Secũda quia ipsa celi decorem totiusꝗ mundi perfectionẽ tollit vel minuit. Tercia quia scientie arismetrice magnã iniuriam attribuit. Quarta quia hominibus ⁊ maxime antiquis philosophis multã ignorãtiã ĩponit. Prima itaꝗ ratio est quia omnis incõmensurabiliũ proportio a ratione naturali quodãmodo secludit' ⁊ inde a proprietate rei irrationalis nuncupatur Igitur diuine bonitati indignum esse videt' ut ipsa motus celi pportione irrationali quasi indiscreta quadaꝫ habitudine cõnexisset p quos ceteri motus debite ⁊ rationabiliter ordinant' Et confirmatur quia inter figuras ⁊ numeros quidam a sapientib9 digniores reputati sunt aut quadaꝫ secreta ratione nature aut quia rebus perfectiorib9 insunt. Sic circulus apud Aristotilem dicit' perfectissima figurarũ ⁊ ternarius perfectissimus

numerorum. De quo etiā Virgilius ayt Numero deus impare gaudet Et sicut ita est in figuris vel numeris/ita oportet dicere de eorum proportionibus unde dicit Averroys quod antiqui multū cōmendabāt proportionē duplam de qua quidam ayt Infima supremis proportio dupla ligavit Quo supposito unusquisque quasi naturali instinctu cōcederet proportiones rationales fore aliis irrationalibus digniores. Sicut ergo celestibus orbibus cōuenit figura perfectior Ita eorum motibus conuenit proportio nobilior ut corporibus que propter nobilitatis excellētiā Aristotiles gloriosa vocauit nullus desit decor corporeus. Cum igitur ipsa irrationalis proportio aut incōmensurabilitas potius disproportio dicenda sit seu proportionis priuatio et habitus priuatione melior et pulchrior sit sequitur quod diuini bonitati et sapientie conuenit ut in celestibus corporibus et eorum motibus proportionem et cōmensurabilitatē posuerit Nec carentiā seu priuationem huius pulchritudinis atque perfectionis in eis esse permiserit. Secūda ratio est quia omnis pulchritudo in quadam proportione et cōmensurabilitate consistit sicut iam tactum est Unde secundum perspectiuos omne quod delectat intuitū consistit in proportione rationali Et armonie que mulcēt auditum omniūque saporum et odorum confectiones delectabiles certa et proportionata cōmensuratione miscentur Nec tamen omnes proportiones rationales inducunt sensibus voluptatem/sed determinate de quibus Aristotiles ayt Sinphonie vero pauce/ Et iste reputate sunt inter alias digniores Econtra autem omnis irrationalis proportio offendit in sonis auditum/in saporibus gustum/et sic de aliis ut vult Aristotiles. Nec solum ledit sensum sed etiā intellectum propter quod antiqui dixerunt animā constare quadā numerali et armonica ratione Cum igitur ut ex premissis patet nō solum sensibus nostris/sed etiā intellectibus disconueniat atque displiceat irrationalis proportio quanto magis intelligentiis celestibus Quo modo ergo ponemus eas celestia corpora cū tali incōmēsurabilitate et in amena et tristabili dispitate mouere. Cum secundū philosophū in motu suorum orbium optimā vitam ducere et gaudere atque delectari affirmentur Et cōfirmatur ratio quia si quis faceret horologiū materiale. utique efficeret oēs rotas motusque earum cōmensurabiles/quantum posset quanto magis ergo opinandū est hoc de architectore/summoque opifice deo/qui omnia fecisse dicitur numero pondere et mensura Unde ait Boecius quod omnia que a primeua rerum origine processerunt ratione numerorum formata sunt. Plato quoque ait/mundi opificem quattuor elementa in proportionalitate cōtinua cōnectentem duos numeros cubicos et duos eorum proportionaliter medios connexisse. Hinc est illud Boecii Qui numeris elementa ligas etc. Si ergo ita fit in horologiis artificialibus et in elemētis pluribusque rebus corruptibilibus. quanto magis in corporibus motibusque celestibus/ quod eos confederat rationalis cōmensuratio et analogia numeralis. Cum vero

in his inferioribus contingat/quod propter variationē continuam/aliq̄ non proportionentur incōmensurabiliter/hoc fit iuxta verba Aristotilis quia ista inferiora sunt plena turbine propter longe distare a commodo diuino.i. a deo qui talem inordinationē prope se in celestib9 nō permittit Ex quibus omnib9 concludit᷑ quod huiusmodi incōmensurabilitas celestium motuū/ꝛ diuine derogat bonitati/ac pulchritudini totius vniuersi. Tercia ratio fundat᷑ in hoc q2 sciētie arismetrice fieri videt᷑ iniuria si ad celestes mot9 nūeroꝝ ꝓporcio neq̄at applicari Cū eni musica ad sonos otrahat numeros. cur eos non poterit astronomia ad motus celestiū coaptare? Cumq3 per eam numerent᷑ astra/cur eorum motus nō poterūt suis numeris mensurari? Cum insuper arismetrica cum deo habitet quia vnus ꝛ trinus est. quomō a celi motibus excludet᷑? Ipsa vero inde excludi videtur/si in celestib9 motibus proportio irrationalis esse ponat᷑. Nam talis proportio seu potius mensure priuatio ipsi arismetrice. ymmo cunctis rebus discōueniens ꝛ dissona/iam superius ꝓbata est Et confirmat᷑ quia talis proportio irrationalis nō solum a celo excludit arismetricā s3 etiā scientiā sibi subalternam sc3 musicam Nā proportio huiusmodi est ab ōi cōsonātia aliena. magisq3 apta ē horrēdis luctibus inferni/quā celi motibus. In quib9 dulcissima musica secundū multorum philosophorū/testimonia credit᷑ resonare ꝛ dei gloriā enarrare Unde pytagoras ibi sūmā consonantiā se fatebatur audiuisse. per cuius dulcedinem mundi opifex nexum moderari credit᷑ vniuerse fabrice mundi. Narratur etiā in .vi. de re publica somniū scipionis vbi dicit᷑ quod implebat aures eius cantus dulcisonus qui pulsu ꝛ motu ipsorum orbium celestiū efficitur. Quod exponens Macrobius allegat Platonem/qui in re publica sua/cum de sperarū celestiū vobulitate tractaret. ait sperarū motū cātu3 muneris exhibere. Theologi quoq3 gentiliu3.i. poete/nouem musas/ octo speraꝝ musicos cantus. ꝛ vnam maximā cōsonantiā/que conficitur ex ōib9 esse voluerūt

Ad hoc propositum Macrobius allegat Esyodum et multa subdit de illa musica celesti cōcludens. ꝙ ideo in hac vita omnis anima musicis sonis capitur/quia in corpus defert memoriā musice cuius in celo fuit conscia. Sed etiam Boecius affirmat ꝙ nō frustra a Palatone dictu3 est mundi animā musica consonātia fuisse cōpactam ꝛ quod nō potest dubitari quin anime nostre ꝛ corporis status eisdem quodāmodo proporcionibus videat᷑ esse compositus quibus armonice modulationes copulant᷑ Idem quoq3 Boecius trinam posuit musicā/primāq3 vocauit mundanam de qua dicit ꝙ in his incipienda est/que in celo vel cōpagine elementorū aut tempoꝝ varietate visuntur Et subdit. Unde nō pt ab hac celesti vertigine ratus ordo modulatiōis absistere. Hermes insuper pater philosophoꝝ ait. Nō immerito in hōim cetu3. musarū chorus est a summa diuinitate demissus. scilicet/ne terrenus mundus videretur incultior. si mōrū

dulcedine caruisset Sed potius in musica hominũ cantilenis cõcelebraret laudibus/qui solus est omnia · aut pater est omnium/atq3 celestib9 laudibus · nec in terris armonie suauitas defuisset · Hec etiã rationalis proportio celestẽ musicã faciens in sacris tangit eloquiis vbi dicitur Quis enarrabit celorum rationẽ aut concentũ celi quis denumerare sciat Vnd Cassiodorus recõmendans musicã ait · Quid eni prestantius q3 celi machina que sonora dulcedine modulatur · ꝛ nature continentiam vbiq3 dispsam virtutis sue gratia cõprehendit Ex premissis ergo patet in celestibus motibus esse musicã · Et per cõsequens rationalem proportionẽ arismetricam. Vnde opinionem cõtrariã constat sciencie arismetrice magnaz afferre iniuriã. Sciendum tamẽ est/q Plato voluit celi motũ rationalem fieri sine sono Nec placet Aristotili q motus orbiũ faciant strepitũ siue sonum audibilem · ꝛ ita secundũ predicta erit symphonia sine sono · Non ergo intellexerunt philosophi mundi musicã fore auribus sensibilẽ. sed animo intelligibilem Et hoc secundnm Hermetem · A paucissimis qui pura mente predotati sortiti sunt celi suscipiendi venerabilem curam · vnde secundũ eundẽ musicaz nosse nihil aliud est/nisi cũctarum rerũ ordinem scire ꝛ queq3 ratio diuina sortita est Ordo enim singularũ rerum in vnum collatus concentũ quẽdam dulcissimũ · verissimũq3 confecit. Vnde q hec mundana musica nõ sit perceptibilis auribus corporis/cassiodor9 asserit dicens · Armonia celi humano sermõe nõ potest explicari quã animo tantũ ratio dedit · sed auribus natura non prodidit. Qualis vero in celo sit musica manifestius ostendit · quando de lira ait · q eã Mercuri9 dicitur inuenisse Quam astrologi inter stellas requirendã esse putauerũt persuadentes celestem esse musicã qñ lire formã cõprehenderunt inter sydera collocatã Vnde quidam poeta ait/ Solis opus cythara studiũ lira mercuriale. Sic etiam antiqui ymagenati sunt/septem planetaꝝ tetracordum/quibus celi armonicum tripudium/amena taciturnitate conficitnr. Nec solum in celis planetarum/sed etiã supra posuerunt musicam. quia sicut idem Cassiodorus ait/dicunt debere credi ut beatitudo supercelestis illis musicis oblectationib9 perfruatur Que nec fine deficit nec aliqua intermissione marcessit Non est autem ex his intelligendum / q in illa beatudine sit musica seu musicalis delectatio sensualis/sed spiritualis/ q2 aliter dicere essꝫ declinare ad intentionẽ loquentium de Paradiso sensibiliũ voluptatũ iuxta errorem gentis saracenorũ /sicut docet predict9 · G · parisieñ pte prima libri de vniuerso Quarta ratio est. quia qui negat motus celi numerali proportione cõmensurari · ponit in hominibus magnã ꝛ multiplicẽ ignorantie cecitatẽ · Nam sic nullus poterit planetaruz coniunctiones /ꝛ alios aspectus precognoscere/ nec eoruz effectus preuidere ꝛ per consequens pibit astrologia . Nec erit inter scientias mathematicas numeranda Frustra ergo mundi opifex Deshomini sublime dedit celumq3

aristotiles grecorum philosophorum princeps

videre iussit/ et erectos ad sydera tollere vultus. Et cōfirmatur quia nō solum ex hoc sequitur ignorantia astronomie. sed etiā omnium quasi philosophorum error grauissimus Et primo quidā errasset Aristotiles grecorum philosophorū princeps diffiniens tempus. quod est numerus mot⁹ celi. Si huiusmodi motus celi non posset numero mensurari. Et ex hoc cōsequenter sequeret̄. q̄ omnes tabule astronomice essent false. Sequitur etiam q̄ falsa sit cōmunis illa philosophorū opinio / qui dixerunt corpora celestia redire ad statum similem. completa omniū circulationum reuolutione/ quam vocant magnū annum. De quo Plato in thymeo diffuse loquit̄. quod etiam Appollonius pulcherrime explicauit/ de quo scripsit Macrobius. De sole quoq̄ in diuinis scripturis dictum est Orit̄ Sol et occidit/ et ad locum suum reuertitur. Et tamē si motus Solis sint icommensurabiles/ inpossibile est vt in suos circulos reuertat̄. Ibi etiam scribitur quid est quod fuit/ ipsum quod futurū est/ quid est quod factum est ipsum quod faciendum est. Nihil sub Sole nouū. Nec valet quisquā dicere. Ecce hoc recens est / Hoc autem verū non esset si foret incōmēsurabilitas / in motibus celi. sed semper essent constellationes et effectus earuz quales non fuerunt in perpetuū Unde hinc multum contrariat̄ illorū philosophorū opinio qui in magno anno posuerunt omnes effectus reuerti similes sicut ante p̄ymo Platonici dixerunt eosdem homines iteruz redituros illa magna reuolutione peracta. Quos insequitur poeta Claudianus dicens. Certisq̄ ambagibus eui/ rursum corporeos anime mittūtur in artus. Similiter et Uirgilius vbi ait. Has omnes vbi mille rotam voluere p annos. Rursumq̄ et incipiunt in corpora velle reuerti. Et intelligit per rotam mille annorum circuitus reuolutionū quos vocant magnū annum De quo etiā predicauit Pithagoras sicut recitat Ouidius. Ex quib⁹ omnibus satis persuasum esse videt̄ id quod a principio querebat̄

in magno anno omnes effectus reuerti similes sicut ante

eosdem homines iterum redituros illa magna reuolutione pacta

Capl̄m nonū rationes ad partem questionis inducit priorib⁹ rationibus aliqualiter responsiuas.

Sed in contrarium premissorū sunt quedaz persuasiue rationes atq̄ probabiles et apparentur prioribus rationib⁹ responsiue. Quaz prima est quia licet vt pretactum est in proportionib⁹ rationalibus cōsistat quedam perfectio Uerūtamen celestia non iuniori. sz multo ampliori decore fulgere videntur. Si corpora sunt cōmensurabilia et mot⁹ sint incōmensurabiles/ saltem aliqui/ quam si forēt omnia cōmensurabilia ut sc. irrationabilitate. et regularitate coniunctis. Regularitas/ irrationalitate variet̄. Et irrationalitas/ regularitate debita non fraudetur. Propter quod etiam quilibet motus simplex spericus est secundum partes subiectiuas difformis. et secundū partes temporis regularis. Unde siue rationalis proportio irrationali sit nobilior/ siue nō/ earum tamen cōgrua mixtio. et communicatio vniformi singularitate pulchrior est. Sic enim

videmus in aliis. Nam mixtum ex elementis melius est optimo elemento
Et celum pulcbrius/stellaꝝ varietate distinctum/quam si essent vndiqꝫ
stelle similes per totum celi circuitū. Sed et vniuersum est perfectius vt
quidam ayunt propter corruptibilia ⁊ etiā ꝓpter mōstra. Cantꝰ quoqꝫ
consonantiis variatus dulcior/q̄ꝫ si optima consonātia fieret continua
scilicet dyapason Et pictura variis coloribus/speciosior efficitur / q̄ꝫ si
pulcberrimo colore tota superficies vniformiter decoret̄. Sic igitur celo
rum macbina/nullo carebit decore/si tali varietate componat̄ vt corpo
ra numerus/singulorumqꝫ borum pondere.i.magnitudine/ motusqꝫ men
sura constent/Que mensura si esset numeralis frustra dictū esset numero
⁊ mensura. Hec ergo mensura ad cōtinuitatem illam refertur. que nō po
test per numeros dimetiri. dum eā cōprebendere non possumꝰ ipsā irra
tionalem ⁊ incōmēsurabilē appellamus. Ipsam tamē distincte cognoscit
dei ratio ⁊ sapientia/⁊ suo conspectui/patet ⁊ placet/celestes circuitꝰ/ ex
boc effici pulcbriores licet boc bumane ībecillitati lateat abscōditū. Sicut
solet etiā sepe contingere. vt bomo subtilis in multa varietate pulcbritu
dinem percipiat cuius diuersitatis ordinē bomo rudis non aduertēs to
tum extimat esse confusum. Secunda ratio est quia cum buiusmōi opi
nio nec diuine bonitati/aut sapientie/Nec decori aut perfectioni vniuer
si repugnet. vt iam patet ex premissa ratione Consequens est ꝙ nec pro
portiones rationales/nec numeros/aut arismetricā/a celo intendit exclu
dere. Sed si cum eis in celo vbi omnia relucent/ etiā proportiōes alie esse
dicantur. nullum inde patit̄ arismetrica aut musica detrimentum. De bis
tamen que de celi musica dicta sunt. videt̄ ꝙ non debet credi buiusmodi
testibus sibi inuicem discordibꝰ vnus enim dicit. ꝙ illa armonia fit cū
sono audibili/alter vero negat/vnus asserit ꝙ orbis supremus resonat
acutius. Alter vero ꝙ infimus. Vnde secundū Plinium libro secūdo na
turalis bystorie. bec ⁊ bis similia iocunda magis q̄ꝫ necessaria subtilitate
dicta sunt/q̄si diceret. ꝙ volūtarie ⁊ poetice ficta sunt/ siue pbilosopbica
ratione. Sed adbuc supposito ꝙ celi facerent aliquā consonantiā tacitā
tamen non est proportio sonorū sicut velocitatū Vnde pictagoras nō
mealleantiū motum/non lacertorum mensurauit vigorem. sed malleoꝝ ꝓ
portionē quesiuit/quātitatemqꝫ eorū per pondera nouit. Igitur acuties
soni non sequitur velocitatem. sed potius corporū sonātium quātitatem
aut figuram aut rigorem/aut in cordis asperitatem/maiorē vel minorē
aut q̄titatē propulsi aeris. vt vult Aristotiles in ꝓbleumatibꝰ aut plu
ra istorum seu pluriū ocursum. Insuper proportiones velocitatū celi nō
sunt sympbonice/sicut dicunt aliqui ꝙ Solis ad Venerē proportio seu
sympbonia sit dyesis. Nam motus celorū a sapientibus non ponuntur
secundum aliquam consonantiā principalem proportionaliter mensura
ri. Si igit̄ spere celi faciant aliquā talem consonantiā in mouēdo Illa nō

[illegible] penes velocitates motuū. sed secūdum capacitates sper[illegible] [illegible] orbium egalitates. Negata igit̄ cōmensuratiōe motuū. dū tamē [illegible]mensuratio corporum celestium concedat̄ in nullo preiudicatur musice [illegible] in celesti choro. ꝛ si non sensibiliter tamē spiritualiter seu intel[le]gibiliter plaudat. In suo tamē plausu varietas plus delectat q̄ unifor[mitas] omnimoda sicut cantilena multotiens repetita non tātum placet [sed] fastidium generat/ unde nec bonus est musicus qui nouos musice m[o]d[o]s nescit multipliciter variare. Tertia ratio est quia si omnes motus celi essent cōmensurabiles. necesse esset eosdem motus vel similes ꝛ eorum effectus eosdem aut consimiles si mundus in infinitum duraret infinities iterari/ ꝛ illum magnum annum fieri/ de quo ibi tactum est. Sed perfectius est ꝛ diuinitati conuenientius/ quod non totiens repetat̄ idem. Et q̄ de[u]s nouas ꝛ dissimiles prioribus constellationes/ effectusq̧ varios sēp p[ro]ducat vt illa seculorum prolixa series. quam pythagoras per cathenam auream intellexit non redeat in circulum/ sed recte procedat semper in lon gum quod fieri non posset sine aliqua incōmensurabilitate motuū celesti um. Nec credendū in hoc est illis philosophis poeticis/ qui sicut de aliis dictum est. Ipsi inuicem non concordant in quantitate illius magni āni Nec dicta eorum possunt stare cum experientiis ab astrologis hactenus obseruatis. Licet tn̄ sicut recitat G. parisieñ/ libro preallegato. Aliqui astro logi hunc magnum ānum posuerunt ꝛ dixerunt eum continere trigintasex milia ānorum Et hoc qm̄ secundum probationem Ptholomei/ vnaqueq̧ stellarum fixarū mouet̄ singulis centum annis vno gradu. Circulus autē celi continet tricentos ꝛ sexaginta gradus. Quare quelibet circuitū com plet in tricentis sexaginta centenariis annoꝝ que sunt. xxxvi. milia āno rum/ quos annos ille magnus continet. Quo numero etiā planete ad statū suum primitiuū reuertentur. vt quidam eorum dixerūt Aliqui tamen vt ipse ait/ dixerunt annū istum quinquaginta miliū annoꝝ spaciū cōtinere ꝛ hoc forsitan propter diuersitatem reuersionis septē planetarū. Hanc autē opinionem doctor iste diffuse reprobat/ maxime quo ad hoc q̄ pōit res easdem numero. In huius magni āni reuersione redire/ seu in ei9 reuo lutione reuocari. Et inter sex causas huius erroris. Primā ponit q̄ cre diderunt celestem circuitum habere principatum causalitatis super mūdū istum inferiorem. ꝛ posuerunt in eo mutationes magnas fieri iuxta dispo sitiones stellaꝝ ꝛ luminarū. Qualis fuit mutatio humani generis per di luuium vniuersale. Similiter vt ipse ait permutationes magnas intelli git mutationes legum ꝛ sectaꝝ atq̧ magnorum regnorū. Ex quib9 patz q̄ hec opinio que excōmensurabilitate celestiū motuū dependet/ fauet nō modicum errori/ q̄ lex cristianorum ꝛ natiuitas legislatorum ex virgine. [qu]as fuerit ꝛ futura fit ex constellatione stellaꝝ quod superius reproba tum est. Quarta ratio fieri pt̄ etsi ōes mot9 celi essent cōmensurabiles

nō ē bonus musicus q nouos musice modos nescit multiplicare variar[e] // et sic de reliquis artibus

magnus annus dicit ptholom[eus] ē 36000 annorum

alii dicūt ē 50000 annorum et caz asig[nant] //

Impossibile esset Solem ꝛ Lunā coniungi vel opponi eternaliter/ pter𝔮 in paucis punctis celi / ꝛ ita de aliis aspectibus ꝛ de reliquis planetis. Similiter essent multi gradus celi/ in quibus aliqui planete non possent conuenire. ꝛ ita de multis similibus que non sequerent᷑ ex incōmensurabilitate motuū celestium. Que tamen non vident᷑ verisimilia. Hec congruentia ordini ac pulcritudini vniuersi. Quare eniꝫ vna pars linee ecliptice magis 𝔮 alia priuabit᷑ a coniunctione Solis ꝛ Lune ꝛ alia coniunctiōe notabili planetaꝝ. Magis ergo erit dicenduꝫ ꝙ ipsius ecliptice nulla ē portio tam modica. in qua aliquando non sit Solis ꝛ Lune coniunctio ꝛ sic de similibus/ que incōmensurabilitatem motuū consequūt᷑ Illud qḋ obicitur de ignorantia hominū circa astronomiā nō cōcludit contrariuꝫ Sufficit enim astronomis scire cōiunctionem vel eclipsim futuraꝫ esse infra aliquem gradum vel minutum ipsius mobilis vel tēporis. Nec oportet predicere in quo puncto aut instanti/ quoniam hoc non est possibile vt post tanget᷑. Nam etiam si motus punctualiter essent noti/ ꝛ ille magnus annus foret possibilis Iam omnia ventura/ totus𝔮 ordo euentuum futurorum posset ab hominibus preuideri ꝛ sic forent in hoc similes deo inmortali. Magis ergo ponenda est incōmensuratio huiusmodi motuuꝫ ex qua hec inconuenientia non sequunt᷑. Nam etiam quibuslibet ignotis magnitudinib⁹ demonstratis/ verisimilius est illas esse incōmensurabiles 𝔮 contrarium sicut quacū𝔮 multitudine proposita/ verisimilior est coniectura/ ꝙ non sit perfectus numerus quā perfectus. Quare similiter de proportione quorumlibet duorum motuū nobis ignota verisimilius est ipsam irrationalem esse 𝔮 rationalem. Si non obstet alia ratio/ que in proposito non apparet.

Capl'm decimū concludit questionē premissam ad vtrūlibet disputabilem ꝛ inde duplicē errorē astronomorū excludit



Ex premissis igit rationibus hincinde factis que non demonstratiue ꝛ euidenter/ sed solum persuasiue ꝛ apparenter concludunt probabiliter infertur ꝙ proposita questio de cōmensurabilitate motuū celestiū est probleuma neutrum. De quo naturaliter haberi non potest euidens certitudo. Sed qḋ magis est de quibusdam celi motibus qui ab astronomis cōmensurabiles esse probati sunt pūctualis certitudo/ precisa𝔮 eoꝝ proportio/ adeo difficilis inuentionis est/ vt humana in his occupatio/ videat᷑ esse afflictio spiritus ꝛ labor interminabilis/ humanū transcēdēs ingenium. Nec mirum cum etiā in rebus inferiorib⁹ ꝛ nobis sensibilibus nequeant sepe punctualis precisio deprehendi. Sed minor pars 𝔮 millesima/ equalitatem tollat/ ꝛ proportionem de rationali ad irrationalē commutet. Et hoc docuerunt sapientes astrologi. vnde asserit abbategni auctoritate Ptholomei ꝙ in tanti magisterii excellentia / veritatē ad vnguē cōprehendere nō est cui𝔮 possibile. Cuius causam postea assignat dicēs

si mot⁹ celi ẽẽt cōmensurabiles ĩpossibile ẽẽt solē et lunā giũgi / vt opponi 𝔮 ĩ paucis pũctis // et de reliquis planetis //

nō ē possibile dicē ĩ q̊ instanti vt ĩ q̊ pũto eclipsabit /

q̄ forte est aliquis motus celi/ qui nondum hominibꝫ innotuit/ aut ꝓpter ipsius tarditatem. aut propter ipsius ad alium vicinitatē. Et ideo bene dicit Plinius q̄ celi mensura non venit in digitos. Ex quibus omnibus manifeste colligit̄/ ⁊ colliditur multiplex error hominū. Primus est quorūdam presumptuosorū/ qui iactant se almanach seu verū kalendariū perpetuū tradere. Cum tale quid inuenire forte sit īpossibile vl' saltem impossibile cognoscere se aliquid huiꝰ reperisse. Cuius rei signum est q̄ non obstante summa antiquoꝝ diligentia nondū q̄ntitas anni solaris cum precisa certitudine credit̄ adinuenta. sicut ex compoto Linconiensis apparet. Nam cum annus sit reditio Solis ab aliquo puncto in zodyaco fixo ad eūdem punctū. vt ab eodem solstitio ad idē solstitiū/ uel ab eodē eqnoctio ad idem equinoxiū. In quantitate huius āni fundatores kalēdarii nostri secuti sunt doctrinā abrachis que remotior est a veritate q̄ doctrina Ptholomei/ quia dixerunt q̄ntitatem anni. CCC.lxv. dies ⁊ sex horas ⁊ posuerunt tres ānos continue vnumquēq̄. CCC.lxv. dies dimittendo minutias/ ⁊ quartū ānum constituerunt ex. CCC/lxvi. diebus/ ⁊ diem interiectum in quarto anno vocant diem bisextilem. quia interserunt euꝫ in februario. vi. kl' Martii. ⁊ super eandem litteram in kalendario bis dicunt sexto kalendas. ⁊ sic computāt in anno bysextili. super eandem litteram duos dies. Unde si vera esset dicta opinio de q̄ntitate anni Sol rediret ad idem punctum/ a quo incepit moueri a principio eorūdem annoꝝ ⁊ non egeret kalendariū nostrū alia verificatione q̄ intercalatiōe seu interpositione diei bisextilis. Sed secundū Ptholomeū q̄ntitas anni minor est predicta q̄ntitate de tricentesima pte vnius diei. ⁊ ita in tricentis ānis kalendarii nostri. erit solstitium ante finem anni per diem vnū. Ideo si a tricentis annis kalendarii exciperetur dies vnus. Sol esset in fine illorū CCC. annoꝝ reuersus ad idem punctum. ⁊ sic verificatū esset kalēdariū nostrum. Sed secundū Albategni q̄ntitas anni est minor q̄ntitate predicta quam ponit Abrachis quātū est vna cētesima vnius diei Et sic si de quibuslibet. C. annis kalendarii nostri exciperetur dies vnus esset in fine centū annorum semper reuersio Solis ad idem punctum. Et per hoc verificatū esset kalendarium nostrum. Unde si vera esset oppinio Albategni in quibuslibet centum annis kalendarii nostri deberet solstitium nostruꝫ precedere die vno propter defectuꝫ predicte exceptiōis. Et hoc sicut dicit Linconiensis plus consonat ei quod inuenimus per expimentum nostri tēporis de antecessione solstitii quia dominus noster Iesus natus fuit in solstitio hyemali secundū scripturas. Nunc autem precedit solstitium circiter tot dies/ quot sunt centenarii annoꝝ ab eius natiuitate iam lapsi Sꝫ istud dictum Linconiensis non est vndiq̄ verū. Pro cuius declaratione sciendū est q̄ secundum Ptholomeū q̄ntitas āni est. CCC.lxv. dies quiq̄ hore. lv. minuta ⁊ xii. secunda Et sic ānus kalendarii nostri in tricētis

forsam q̄ē aliquis motus celi nō dum ē cognitum.

Almanach nō ē ppetuū kl̄m.

q̄ntitas āni solaris pcisa nō dū ē inuēta

A. Sol ē reditio ab aliq̄ pūto ī zodiaco donec ad idē punctū redeat.

fundatores nr̄i kal' secuti sūt doctrina abrachis. q nō ē vera. dixerūt q̄ntitas āni sol' 365 dies ⁊ sex horas.

pth. dicit mior ē 1/30 pte diei ergo debz excludi dies i ī 300 ānis nō dū ē vera

Al. minor dicit ē 1/100 pte i diei ergo debz excludi dies i ī 100 anis. nō dū ē vera

Ihs nat9 fuit ī solstic̄ hyemali nūc pcedit tot dies quot sūt 100 annoꝝ ab eius natiuitate iā lapsi. nō dū ē verū.

pth. dicit q̄ntitas āni ē dies 365 horis 5 m 55 s 12 ergo ī 300 anis excedit p vnū diē nōdū ē vera

annis excedit per vnū diem. ⁊ hoc bene cōcordat cū dicto Linconiensis quantum ad opinionē Ptholomei. Sed secundum Abbategni/quantitas anni non est tanta. quia cū illis quinq̧ horis nō ponit nisi. xlviii. minuta/⁊ nouem secunda/⁊ sic in centum ⁊ duodecim annis excedit annus calendarii nostri/non de vna die integra/sed solum de. xxiii. horis. lix. minutis ⁊. xii. secundis. vnde patet ꝙ hic deficit Linconiensis secundū opinionē Abbategni. Insuper magis deficit secundū opinionem magis communem/quia cōmunit᷑ ponitur ꝙ licet quantitas anni sit minor ꝙ̄ illa. quam ponit Ptholomeus tamen etiā maior est illa quā ponit Abbategni quod patet ex hoc. quia secundū aliquos Equinoxium per centum ⁊ circiter viginti annos mutatur ascendendo per vnā diem. Secundum alios vero per centum ⁊ circiter. xxv. ānos quia dicunt ꝙ hoc tempus satis cōuenit cum numero ānorum cristi ut semper vnus dies minuat᷑ de quātitate āni ⁊ denotet mutationem solstitii ⁊ equinoxii. Hoc autem nō est precise verum. Vnde quidā magis appropinquātes veritati/dixerūt quātitatem āni minorem esse illa qua vtitur ecclesia/ quasi de vna cētesima tricesima pte vnius diei. Ita ꝙ in centum triginta ānis si auferret᷑ vna dies esset kalendariū correctum. Et huic opinioni satis videt᷑ concordare Tabula de introitu Solis in signa que ponit᷑ in kalendario regine. quia secundum illam solstitia ⁊ equinoxia ascendūt in vno āno. xi. minutis vnius hore. ⁊ sic in quinq̧ ānis ascendunt. lv. minutis/sicut patet ex canone dicte tabule. quia licet tabula signet pro quinq̧ ānis vnā horā tamen in sexagesimo āno cessat a computatione vnius hore pro quinq̧ ānis. ex eo quia singulis quinq̧ annis deficiunt quinq̧ minuta de vna hora. Et sic secundum eam in. C. xxx. ānis solstitia ⁊ equinoxia nō mutātur ascendendo nisi per vnam diem. ⁊ adhuc deficiūt decem minuta vnius hore. q̄ fere superaddūt vnum ānum. ⁊ per consequens ascendit in kalēdario de vno die in. C. xxxi. ānis excepto vno minuto. licet autē hec calculatio sit veritati propinqua. Tamē adhuc nō est precisa Nam secūdū opinionē Alfonsi que cōmuniter cēsetur verior. quātitas anni est. CCC. lxv. dies xlix. minuta. xvi. secūda. Et sic ānus kalēdarii nostri in. C. xxxiiii. ānis excedit de. xxiii. horis. lviii. minutis. xviii. secundis. xxxvi. tertiis ⁊. li. quartis. Vnde quātitas āni vera /minor est quātitate āni nostri kalēdarii modicum plus de sexta parte vnius hore. Et per cōsequēs oporteret ꝙ solstitia ⁊ equinoxia ⁊ alia fixe signata in kalēdario nostro ascendāt circiter per vnam diem in cētum. xxxiiii. ānis. Et sic si in tot ānis auferretur vna dies/verificatum esset kalēdarium quod satis cōuenieter fieri posset/cessando vno āno a bisexto. Adhuc tamen hic oritur alia difficultas propter opinionem Thebith qui ponit zodiacum mobilem cōpositū ex ymaginibus stellarum fixarum in octaua spera / moueri super capita arietis ⁊ libre zodiaci fixi valde tarde secūdum motum octaue spere. Cū

quia secundū eū mouētur omnes spere planetaꝝ ꝛ auges eoꝝ/ nec habēt auges motū aliū. Et hic motus prim9 vocat̃ mot9 accessus ꝛ recessus. Et secundū hunc motum Solis ꝛ stellarum erit quātitas anni. Non reditio Solis ab eodem solstitio vel equinoxio ad eundē pūctum. sed erit reditio Solis ab eadem stella fixa ad eandem stellam fixam/ quia hec quātitas est semper vna. Reditio autem solstici ad solstitiū/ secūdum istum modū nō est vnius quātitatis. Quātitas itaq3 secūduz Thebith est .CCC.lxv dies ꝛ quarta diei ꝛ vltra .xxiii. secunda ꝛ .30. tertia secunduz campanū vnius diei. ꝛ sic maior est ꝙ̃ supra dictum est. Sicut recitat Linconiēsis

orit̃ hic alia difficultas

Iterum alia difficultas hic orit̃ qꝛ aliqui tabulas Alfonsi redarguūt. eo ꝙ supponunt tempus anni solaris. seu circuitus Solis semper equale et inuariabile ꝑmanere. ꝛ sic secūdum eorum opinionem non est aliqua certa āni quantitas assignanda. Sed in his opinionib9/ ꝛ his que ex eis sequūtur non insisto/ quia his non inititur ecclesia Et insuper quia secundū Aristotilem. predicti modi motuū celestium sunt possibiles in ymaginatione sola/ ꝛ vt dicit Linconiensis Impossibiles sunt in natura/ qꝛ secūdum philosophum. omnes spere nouem concentrice sunt/ ꝛ habet quelibet spera motum sibi proprium ab oriēte in occidentē super polos proprios ꝛ quelibet octo sperarum inferiorū preter motuū sibi proprium/ mouetur motu diurno a virtute spere prime ab oriente in occidentē. Nec secundum ipsum planeta habet alium motū propriuz a motu spere sue. ꝛ motus in ecentrico ꝛ epyciclo secunduz eum nihil est. Et Alpetragius nuper adinuenire credidit modum qualiter possibile est saluare processiōes ꝛ statiōes ꝛ inflexiones ꝛ reflexiones ac retrogradationes planetarū ꝛ omnia apparentia per moduz Aristotilis absq3 ecentricis ꝛ epyciclis. Sed ista opinio Aristotilis ꝛ adinuentio alpetragii . non est adhuc bene certitudinaliter nota. Tamen secundū eam necesse est ꝙ annus sit reditio Solis/ ab vno solstitio ad idem solstitiū. vel ab equinoxio ad idem equinoxiū. De quātitate vero anni nihil Aristotiles dicit/ vel Alpetragius. aliud ab eo quod adinuenit ꝓtholomeus. Insuper ecclesia nondū certificata de quātitate anni vt supra patet/ non mutauit antiquā doctrinam de inueniendis solstitiis ꝛ equinoctiis. posuit equinoxium enim vernale .xii. kalendas aprilis. quia ibi secundum Rabanū fuit equinoxium in primo anno seculi. vel forte ibi fuit equinoxiū tempore eorum qui hanc doctrinam tradiderunt. Ibi vero accidit error in kalendario/ propter antecessionē solstitioruz ꝛ equinoxiorū/ qui nondū est per ecclesiam correctus. sed tamen potest corrigi per verificationē quantitatis anni. vel etiam absq3 huiusmodi verificatione potest cognosci veraciter dies equinoxii. vel solstitii per instrumentum cōsiderationis. vel per tabulas astronomicas verificatas. vt hec in computo Linconiensis plenius continent̃. Vnde ex hoc patet ꝙ solstitia ꝛ equinoxia/ non debent in kalendario poni diebus fixis ac si semper

Marginal notes (manuscript):

sic secūdū opinionē eoꝝ nō ē aliq̄ certa anni q̄titas assignāda

ph's dicit q̄ quelibz spera hz motū sibi ꝓpriū, preter quē mouet̃ quelibz die ab oriēte i occidēte

opinionē hāc aristotelis ꝛ alpetragii nō ē adhuc nota

ecclesia posuit equinox̃ 12 kl' aprilis q̄ ibi s'm R. fuit equinox̃ i primo anno seculi

Solstic̃ ꝛ equinox̃ nō debēt poni i kl' diebz fixis qa semp accidūt

fuissent / aut ibi forent in eternum cū certū sit ea ascendere in kalendario vt dictum est. Et sicut non sunt fixa hmōi solsticia ꝛ equinoxia in kalēdario sed mutātur. Sic etiam ꝑmationes Lune / licet tardi9. Nā in. CCC annis ꝛ quattuor fit mutatio vnius diei in kalēdario. Sed hoc declarare non est presentis intentionis. Cum etiam premissa solū occasionaliter et gracia exempli recitata sint. Hec ergo de motu Solis ꝛ anno solari. Ideo hic collegi quia cum Sol ꝛ eius motus inter alios planetas sit nobis notior. tamen circa ipm maxima difficultas est ꝛ icertitudo. quare in aliis maiorem esse manifeste concludendū est. Addit autem ad difficultatem ꝛ incertitudinem premissorum / quod nondū certificati sunt motus augium planetarum. Nam secundum actorem de theorica eorumdē. Auges dicūt moueri versus orientem. vii. gradus nongentis annis. ꝛ tantum versus occidentē in aliis nongentis annis. Iterum dicuntur moueri ab Abbategni in / lx. annis ꝛ quattuor mensibus gradu vno semper versus orientem Alfraganus autem narrat eas moueri in centum annis vno gradu semp versus orientem. De aliis quoqꝫ montibus innumere sunt difficultates. sicut patet in dicta Theorica planetarum. Sꝫ auget adhuc difficultatem huius materie quorūdam opinio / qui ponunt ꝙ aux mouetur secundū motum stellati celi. Videlicet per descensum ꝛ ad ascensum polorum eius Vel per motū capitum arietis ꝛ libre celi stellati. In puo circulo circa capita arietis ꝛ libre fixa. que sunt in circulo nonō. quo quidē motu capita Cancri ꝛ Capricorni mouent̄ progrediendo ꝛ regrediēdo in superficie ecliptice zodiachi immobilis / nunc ad orientem / nunc ad occidentē / sicut apparet ex ymaginatione Thebith / qui super opera Ptholomei addidit ī hac parte iuxta sententias indorum. Sic enim assignat̄ motus. viii. spere. Et in hoc Arzacel in tabulis ꝛ canonib9 concordat ꝛ Albumasar in libro coniūctionum. Et omnes Astronomi sic modo vtuntur Sed ꝛ sic ponunt augem Solis progrediendo ꝛ regrediendo moueri. Et ita non recedit a geminorū signo. Propter quod non vadit in circuitu terre. vt oppositū augis aliquando contingat terras habitabiles. quia tunc fierent inhabitabiles ꝛ econuerso. Inhabitabiles fierent habitabiles quod eis videtur absurdum. Ex quibus manifestum est quāta sit difficultas de motu Solis ꝛ eius anno. ꝛ quoniā diuersa ꝛ aduersa sit opinionū varietas in hac parte quare patet illorum error qui presumunt almanach seu kalendarium precisum ꝛ perpetuū componere / de omnibus motibus planetarum. Unde ex his iterum concludit̄ ꝛ confunditur error ali9 pior peiore. Videlicet quorūdam supersticiosorum / qui per astronomiā de iudiciis presumunt non solum generaliter sed particulariter ꝛ distincte precognoscer̄ atqꝫ predicere euentus contingentium futurorū. Nam cum in astrologia de motibus / tot ꝛ tante difficultates sint ꝛ incertitudines vt predictū ē Necessario oportet ꝙ in astronomia de iudiciis / plures sint ꝛ maiores.

ꝑmac̄o lune fit mutac̄ ī kl ī 304 an̄is de vno diē
Sol inter alios planetas ē nobis notior / tn̄ max difficultas ē ipo ... ī aliis maiorē eē deb3
Alia difficultas
auges solis mouent̄ s̄m actorē de theorica vsus or. 7 g. 900 an̄is ꝛ totidē tanto tp̄e vsus occidētē
Albategni dicit ī 60 an̄is g. 1. ꝛ quatuor mēsibus
alf. ī 100 an̄is g. vsus or.
Alia difficultas
aux mouet̄ s̄m motū stellati celi
aux nō recedit a geminorū sig° qa nō vadit ī circuitu terre sic oppositū augis qa tūc fieret terras ihabitabiles / ꝛ ecōt
Alius error pior ꝛ peior
p astronomiā de iudiciis

cum hec ex illa dependeat/ et vltra eam multa incerta presupponat/ que magis videntur voluntarie dicta quam ratione probata. Sed quia ab antiquis scripta sunt/ sola fragili auctoritate/ et hystorica narratione creduntur. Ideo videtur esse humana superbia ex huiusmodi coiecturis velle pertingere ad talem presciam contingentium futurorum. vnde talem prescientiam deus sibi soli creditur reseruasse/ saltem respectu aliquorum futurorum. Non ideo quia deus humane sciencie inuideat. Sicut mentitus est Esyodus qui propter hoc deos inuidos appellauit. Cui alter poeta contradicit Non hec inuidia inquit. Nec enim liuescere fas est. aut nocuisse deos. Et Plato dicit/ Ab optimo deo/ longe inuidia relegata est. Et Boecius forma boni liuore carens. Non igitur inuidia sed beniuola prouidentia sua voluit deus hanc scientiam ab hominibus. multis difficultatibus abscondere. Vt humanis viribus ad eam perfecte posse attingere non presumant. Melius ergo fuit/ vt de rebus tam excellentibus. aliquid ab hominibus esset scitum/ et semper aliquid restaret ignotum et vlterius inquirendum. Que quadam pregustata dulcedine generosiores nuos a terrenis abduceret. et excitato desiderio in celestium consideratione venerabili excercitio occupatos teneret. vt sic etiam ex consideratione celestis operis in contemplationem sui opificis eleuaret. quod ipse nobis concedat/ qui in celis gloriose viuit et regnat per infinita secula seculorum. Amen.

Explicit tractatus de legibus et sectis contra supsticiosos Astronomos A domino Petro episcopo Cameracensi compilatus. Anno domini Millesimo quadringentesimodecimo mensis decembris die vicesima quarta.

Anctissimo domino Pape Joanni .xxiii. Petrus Cameracensis ecclesie minister indignus. seipsum totum. ad humilis obediencie debitum obsequium. Nuper beatissime pater antequam vestra appostolica sublimitas me seruorum suorum infimum. In Cardinalem sancte Romane ecclesie nominaret. Tractatulum de correctione kalendarii composueram vestre beatitudini presentandum. Vt de eius mandato examinata prius materia per peritos astronomos. Postea in generali consilio proxime celebrando ad honorem dei et ecclesias vestrique nominis famam perpetuam. Super hoc vtilis adhibeatur prouisio. Que apostolica et synodali auctoritate firmata. Tandem post ecclesiasticam vnionem dei fauente gratia vestra diligentia procurandam vniuersaliter obseruetur. Igitur hoc opusculum filiali deuotione oblatum. dignetur sanctitas vestra paterna benignitate suscipere Quam conseruet altissimus ad regimen et reformationem ecclesie sue sancte

Exhortatio ad cōsiliū generale. Super kalēdarii correctiōe. Ca. pmū.

1

Uanta diligentie cura olim fuerit ecclesie xp̄iane de obseruatione paschalis et quadragesimalis ieiunii aliarūq; festiuitatum solemniuz. Eusebius in ecclesiastica hystoria manifestat. Ubi quinto libro narrat de pasche questiōe que in prouincia Asye exorta ē. Jdeo videlicet q xiiii. luna putarent pascha obseruandū quia tunc iudeis agnus precipitur immolari. et ita quacūq; die luna. xiiii. venisset soluebant ieiunia quadragesimalia. cū talis consuetudo in aliis nō seruaret ecclesiis. Ob quam causam cōuentus epōrum et consilia per singulas quasq; prouincias conuocant. Ubi oēs ecclesiasticuz dogma cōfirmant. Ne liceat aliquando. nisi in die dominica / in qua dominus surrexit a mortuis. dn̄icum pasche celebrare misterium et in hac sola dissoluēdum esse pasche ieiunium. Extat huius consilii apud cesareā palestine habiti decretum. habet et vrbis Romane consilii decretum simile. Cui victor Papa p̄fuisse narrat Sub quo q̄nta sup hac re cōtrauersa fuerit / diffuse prosequit Eusebius eodem libro. et deinde libro. x. cōcludit. quomō in Nycena synodo / patres antiquū canonem. de obseruatione pasche confirmarunt. Quam Eusebii hystoriā Ysidorus libro sexto ethimomologiarum breuibus verbis expressit dicens. q antiquitus ecclesia pascha. xiiii. Luna cum iudeis celebrabat / quocumq; die occurrerit. Quem ritum sancti patres in Nycena synodo prohibuerunt constituentes. non soluz Lunam paschalem et mensem inquirere. Sed etiā et diem resurrectionis obseruare. Et vt in eodem libro Ysidorus recitat paschalem ciclum. Ypolitus episcopus primus conscripsit. post quem probatissimi autores Eusebius cesarieñ Theopolus allexandrinus. Prosper quoq; natione Aquitanus atq; Uictorinus amplificatis eiusdez festiuitatis rationibus multiplices circulos ediderunt / beatissimus vero Cyrillus / allexandrine vrbis episcopus. Ubi debeat pascha celebrari summa breuitate notauit.

Jdem etiā Ysidorus libro predicto / quinq; ciclos paschales inseruit / fueruntq; plurimi magne sapientie viri. qui super his disertissime ac diligentissimè tractauerunt. Ut Dyonisius Rome vrbis abbas. Beda quoq; venerabilis anglicus / hac occasione plures d' tempibus libros scripsit Gerlandus insuper tabulas edidit. Et Joannes de sacro buscho. Ac Robertus linconiensis episcopus. Aliiq; multi de compoto subtilia et vtilia conscripserunt. His ergo talibus et tantis. tāteq; autoritatis viris ob causam predictā de dierum ac momentorū caculatione magis q̄ de denariorum ac monetarū computatione olim sollicita cura fuit et diligentia. Econtra vero proch pudor econtra innuit tanta est in his ecclesiasticoꝝ ministroruz et eorū maxime. quibus super horum obseruatione incumbit prouisio. tamq; negligens inhertia. Ut iam a multis ānis ꝓpter errores

kalendarii paschalis celebritas. et consequentes ad eam festiuitates et ob seruantie/non sine graui scandalo ecclesie violentur et a debitis sibi locis mutentur/sicut in sequentibus plenius declarare proposui. Vnde propter hoc presens compendium ex variis ac prolixis. sed veris et probatis di uersorum actorū sententiis compilare decreui. ut vniuersalez episcoporū cetum ego eporum infimus. tanq̄ canis venaticus minimus excitare valeā ad profugandū prefatum scandulosum errorem erroneūq̄ scandulum. Et ipsum ab ecclesie vinea/tanq̄ feram pessimā ac monstrū horribile pe nitus extirpandum. Accedit autem ad id agendū et salubriter prouidēdū oportunā congruitas. Nam ecce nunc tempus acceptabile. ecce nūc dies salutis. Dies videlicet ecclesiastice saluti putilis. deoq̄ ac toti populo xpi ano acceptabilis. Quo ex vltimi pysani cōsilii decreto vniuersalis debet synodus celebrari. Que ad hoc specialiter ordinata extitit/ vt reformet ecclesia. Nunc prochdolor mirabiliter ac miserabiliter deformata Igitur inter difformitates varias quarum plurimas alibi notaui necessario re formandas. huius singularis deformitatis reformatio specialis nō erit aliquatenus omittenda. Et vt hoc euidentius declaret presens opusculuz conuenienti ordine sex capittulis distinguitur.

De tribus principalib⁹ kalendarii erroribus. Caplm secundum.

Sciendum est ergo q kalendariū quo vtitur ecclesia principali ter tres errores continet. Qui essent merito corrigendi. sed hoc nō potest autoritatiue fieri. Nisi per ordinationē seu approba tionem sedis apostolice vel consilii generalis. Prim⁹ error qui radix est plurium aliorū. est quia huiusmodi kalendarium nō vtit vera anni quantitate. Cum ponat āni quantitatē. CCC. lxv. dies et quar tam diei integram que quarta colligit per quattuor ānos vt in āno bisex tili computet vnus dies plusq̄ in aliis cōmunibus annis. Sed constat non solum per compotistas sed etiā per vias astronomie q quātitas āni solaris non est tanta ymmo minor. Nam astronomi scilicet Ptholome⁹ et Abbategni/non ponunt illam quartaz diei integram. sed solum quinq̄ boras/et aliquas minutas partes vnius hore. In quibus non plene con cordāt quia Ptholome⁹ ponit. lv. minuta et. xii. secūda Abbategni. xlvii.

annus solaris nō ē 365 dies et ¼ p solū 5 hor. et aliq̄s minutas

minuta ⁊ nouem secunda. Alfonsus·xlix·minuta ⁊·xvi·secunda Et hec ultima opinio nunc cõmuniter verior reputatur· Et sic vera quantitas anni minor est quantitate anni nostri kalẽdarii de sexta parte uni⁹ hore ⁊ modico plus· scilicet de·xliiii. secũdis vel circiter quod dico quia hic nõ numerant̃ ultra secunda fractiones minores propter tedium· ⁊ quia in multo tempore non facerent errorem nisi paruũ· Secũdus error sequit̃ ex priore videlicet ꝙ equinoxia ⁊ solsticia ac etiã ecclesiastica festa imobilia ⁊ alia fixe signata in kalendario continue ascendunt sicut certũ ẽ astronomis ⁊ per tabulas ⁊ instrumenta ꝓbatũ est· Et hoc accidit ex errore quantitatis anni solaris/ de qua ⁊ huiusmodi assensu solsticiorũ ⁊ eqnoxiorum plenius scripsi in fine tractatus de legibus ⁊ sectis vbi ostẽdi illa ascendere in kalendario circiter per vnã diem in·C·xxxiiii·annis· Vñ patet ꝙ predicti duo errores corrigerent̃ et per consequens quo ad hoc verificaretur kalendarium nostrũ. Si in totidẽ ãnis auferetur vna dies Et hoc satis cõuenienter fieri posset cessando a bisexto vno anno videlicet ꝙ per·Cxxxiiii. ãnos quando primo equinoxiũ vernale ascendent ad nonam litteram in kalendario. tunc ibi signaretur equinoxium· ⁊ si ille ãn⁹ esset bisextilis cessaret̃ a bisexto. Si vero non tunc in proximiori anno bisextili siue precedente siue sequẽte fieret huiusmodi bisexti cessatio· Et annus ille propter iocunditatẽ huius verificationis posset merito ãnus iubileus nominari. Tertius error est qui accidit ex primatione designata per aureum numerũ in ciclo decemnonali kalendarii nostri· Quia non solum astronomi ⁊ compotiste sciunt sed etiã simplices ⁊ ignari per experientiam cognouerunt ꝙ a ducentis fere annis luna est prima secundũ veritatem · per tres vel quattuor dies anteꝙ̃ signetur in kalẽdario· ⁊ ita his temporibus iam multum fallit primatio. qui error nisi corrigatur semper crescet amplius in futurum. Et ratio est huius secũdum astronomos/ q̃ in omnibus·lxxvi·annis recedit primatio a loco suo in kalendario per xvi. minuta vnius diei ⁊·xl. secunda que valent sex horas·xl· minuta hore ⁊ hoc est prope per quartam vnius diei. Et in omnibus·CCC· ⁊ q̃ttuor annis recedit a loco primationis in kalendario per vnũ diem ⁊ sex. minuta vnius diei ⁊·xl·secunda que valẽt·ii·horas·xl·minuta hore· Vel secundum Joannẽ de liueriis in·310·annis cum·260·diebus· Nouiluniũ anticipat aureũ numerũ vna die· Vnde post quattuor milia ducẽtos ·lvi· annos dicetur luna secundũ kalendarium prima/ quãdo erit plena ⁊ post septem milia nongentes ⁊ quattuor annos. erit error vnius lunationis integre. excepto modico videlicet. xxxviii. minutis ⁊·xxx·secũdis Et hic error potest deuenire ad centum lunationes ⁊ tunc iterũ redibit error primus vt sequant̃ alii prefati per ordinem. Horũ autem veritas a quibusdam peritis astronomis declarata est· Jdeo a compotistis· quorum scientia astronomie subalternatur est merito supponenda.

De errore ex mutatione equinoctiorum et solstitiorum. Capitulum tertium

Ad maiorem autem declarationem et certificationē premissorum de mutatione equinoxiorū et solstitiorum ac etiaȝ primationū lunariū aliqua specialiter notanda sunt. Et primo quidē sciendum est quod solstitia et equinoxia non debent intelligi esse in kalēdario posita diebus fixis. Ac si semper fuissent aut ibi forent imperpetuum Cum certum sit ea ascendere in kalendario ut dictum est. Et tamē sicut Beda narrat. quidam equinoxia. viii. kalendarum apriliū et. viii. kalendarum Octobrium. et solstitia. viii. kalendarū Juliarum et. viii. kalendarum Januariū. quidam. xii. kalendarum earumdeȝ notanda esse sanxerunt.

Prime vero opinionis fuit Ypocras ut patet in epistola quam scripsit Antigono regi. Et similiter Plinius libro secundo naturalis hystorie Et hanc opinionē aliquamdiu secuta est ecclesia primitiua ponēdo equinoxiuȝ vernale in die ānunciationis cristi et equinoxiū autumnale in die conceptionis Joannis baptiste et solstitiū estiuale in die natiuitatis eiusdem. et solstitiū hyemale in die natiuitatis dominice. Sed tamen secundū prescisam veritatem nūquam simul eodeȝ anno. fuerūt equinoxia et solstitia in diebus predictis sicut posset per scientiā astronomie demonstrari. Quia tamen satis prope fuerunt / sufficiebat Ypocrati / quantum ad considerationem medicine et eadem ratione aliquando sufficiebat ecclesie. Veruȝ postea secūdam opinionem secuta est ecclesia. et mutauit equinoxia et solstitia ad. xii. kl. Et posuit equinoxiū vernale. xxi. die Martii. Vel quia ibi secūdum Rabanum fuit equinoxium in primo anno seculi. Vel forte quia ibi fuit equinoxium tempore eorum qui hanc doctrinaȝ tradiderunt ut dicit Linconiensis vel ut verisimilius credo. nō quia ibi fuerit precise sed quia erat prope. Nam in Niceno consilio fuit hec ecclesiastica obseruatio confirmata. Et hoc fuit secundum Bedam / anno ab incarnatione dñi. CCC. xxxii. quare tunc equinoxiū vernale prope. xii. kl. Aprilis poterat ascēdisse. et ultra processisse. ut ex dicendis clarius apparebit. Sed quia Linconiensis dicit cristum natū fuisse in solstitio hyemali secundū scripturas. Sciendum est quod hoc non est dictū quia sit verum secundū prescisionem sed secūdum propinquitatem. Et hoc quidaȝ declarant. quia Ptholomeus anno centesimoquadragesimo cristi inuenit solstitiū hyemale. xi. kl. Januarii et equinoxiuȝ vernale. xi. kl. Aprilis ut patet in almagesti. Cum ergo solstitia et equinoxia semper ascendant in kalendario patet quod secundū probationeȝ Ptholomei non potuit esse solstitiū hyemale. viii. kl. Januarii in die natiuitatis dominice Sed oportuit quod esset. x. kl. Januarii. Et similiter in primo anno natiuitatis domini non potuit esse equinoxium vernale. viii. kl. Aprilis sicut crediderunt in ecclesia primitiua et longe magis non potuit esse sicut postea posuerūt. xii. kl. Aprilis sed. x.

kl'. secundu3 hoc quod Ptholomeus inuenit. xi. kl. Nam in. C. 7. xl. ānis a tempore natiuitatis cristi vsq3 ad probationē Ptholomei non potuit mutari solstitium vel equinoxium per tres dies neq3 per duos 7 per consequens multo minus per quattuor. Sed solum p vnum 7 paru3 de alio vt patet ex supradictis. Ideo etiam secundū istos Ypocras non lōge fuit a veritate in hac parte. Quoniam ipse fuit ante cristu3 plusquā tricētis annis. 7 propter hoc suo tempore esse potuit equinoxium. viii. kl. vel saltem prope videlicet. vii. kl. Insuper secundū istos āno domini millesimo. CC. lxvii. fuit solstitium sub die xviii decembris. Et equinoxium in ydibus Martii. Sed ab hoc loco vsq3 ad locum vbi tempore Ptholomei erant/sunt nouem dies. Et a tempore probationis vsq3 tunc fuerūt anni domini. M. C. 7. xxvii. In quo numero annorū sunt nouies centu3 .xxv. āni. Ideo cōcludunt secūdū probationē Ptholomei q3 hoc tempus C xxv. annorum. satis conuenit cum annis xpi vt semper vnus dies in tanto tempore minuat' de quantitate anni 7 denotet mutationē solstitii et equinoxii. Sed hoc non asserunt esse certum cum precisione sicut nec ē. nā sicut in preallegato tractatu declaraui solstitia 7 equinoxia in vno anno ascendunt circiter. xi. minutis vnius hore 7 sic in quinq3 annis. lv. minutis. Quare in centum 7 xxi. annis ascendunt per vnū diem vel loquendo precisius circiter in centum. xxiiii. annis vt predixi. Et vt cognoscamus quantum ascenderunt equinoxia 7 solstitia a tempore natiuitatis xpi expedit scire vbi modo sunt. Vnde secūdu3 tabulas Alfonsi que a meridie diem incipiunt. Hoc anno. M. CCCC. xi. ita signari possunt. xi. die martii completa cum. xv. horis. lvi. minutis 7. vii. secundis ac. xlvii. tertiis Sol intrabit arietem. xiii. die Iunii completa cum quattuor horis. viii. minutis. lii. secundis 7 quattuor tertiis Sol intrabit Cancrum. xiiii. die Septembris completa cum. xvi. horis. xix. minutis 7. xxxvii. secundis ac .xii. tertiis. Sol intrabit Libram. xii. die Decembris completa cum. xix. horis. iii. minutis 7. xxx. secundis ac. iiii. tertiis Sol intrabit Capricornum. Vnde ex his patet. q3 secundu3 vsum vulgarē kalendarii nostri incipiendo diem a media nocte precedente meridiē diei signate. sicut Romani vt ait Beda a medio noctis in medium dies suos cōputare maluerunt. Sic inq3 computando dicere possumus/ q3 equinoxium vernale/hoc anno erit. xii. die Martii ante meridiem scilicet post mediam nocte3 precedentem per tres horas. 7 plusquā tres quartas vnius hore. Solstitiu3 estiuale erit. xiii. die Iunii post meridiem per quattuor horas 7 plusquā vnam partem vnius hore. Equinoxium autumnale erit. xv. die Septembris ante meridiem sc3 post mediā noctem per quattuor horas 7 minus q3 tertiam partem vnius hore. Solstitium hyemale erit. xiii. die Decembris post mediam noctem per. vii. horas 7 minus q3. xv. partem vnius hore. Predicta vero anno sequente propter bisextū ascendent p vnam

nō potuit mutari 3 dies

ypocras fuit ante xpm plus q3 300 anis

āno dni 1267 fuit so. sub die [illegible]

solsticia et equinoxia ascendunt q[illegible] anno 11 m hor

hoc ano 1411 equinox pot signari 11 marcii cōpleta 15 hor 56 m 7 s 47 t sol intrabit arietem [illegible]

hoc ano 1411 possumus dicere equinox die 12 marcii [illegible] meridiem [illegible]

nota q3 ascendendo [illegible] annu3 solare minutis 10 s 44 [illegible] tractatu de legibus [illegible] probatur [illegible] posimus signare equinoxiu vernale hoc ano 1491 die xi marcii post meridiem hor. 1. m. 37. s. 27. tercijs. 47. [illegible] radice ano 1411 die xi marcij ad meridiem completa 2 hor 15 m 56 s 7 t 47 intrauit sol in [illegible] arietem

expedit [illegible] ad B.

nota [illegible] tractatu elucidarij astronomie concordia cum theologia 2 historia veritatis actor multum tractat de ano solari [illegible] tractati tandem concludit [illegible] quantitatem anni [illegible] motum octaue spere [illegible] motum augis solis [illegible] sicut ipse probat quantitas anni [illegible] tabule alfonsi non [illegible] precisa 365 dies hor 5 m 49 s 15 t 54 [illegible] [illegible] nec tn quantitas ista semper manet [illegible] quantitas anni [illegible] variabilis sic motus stellarum fixarum [illegible] velocior [illegible] tardior [illegible] tractatu [illegible] capitulo 42

diem semper unaz litterā in kalendario verbi gratia. Secundū Alfonsuz Sol intrabit arietem. decima die Martii completa cū·xxi.horis.xlv·mi nutis·xxii. secundis ⁊.lvi·tertiis· Et sic secundū predictam computatio nem romanā. Equinoxium vernale erit.xi·die Martii ante meridiem· vi delicet post mediam noctem precedentē per·ix·horas ⁊ duas tertias vnius hore ⁊ plusquā vnam sextam partē hore. Aliis vero annis non bisextili bus predicta equinoxia ⁊ solsticia manebūt diu in diebus predictis sub litteris signatis in kalendario nō ascendendo simpliciter ad nonā litterā sed bene approximando. Ideo quando ipsa vel aliquod ipsorū ascen deret absolute ad nonā litteram expediret prouidere ꝙ tunc ponerent̃ in suis debitis locis· Et specialiter equinoxiū vernale propter inuentionez veri pasche· Et tunc cessaretur ab vnius bisexti computatione si esset tūc annus bisextilis. Vel si non ꝙ in āno bisextili proximiori siue precedēte siue sequente fieret huiusmōi bisexti cessatio· Et ita deinceps post quosli bet·C·xxiiii. annos vt sic fieret nostri kalendarii correctio iuxta modum superius annotatum·

Sol intrabit arietē s alfonsum die x marcij cōpleta cū hor. 21. 45. m. 22. s 56 t secāno 1911. tēpuādo a meridie /

De error ex mutatione primationū Lune · Capitulum quartum

Ost hec vero etiā de errore numeri aurei ex mutatiōe primatio nū lunariū aliqua specialiter dicenda sunt· Et licet huius rei declaratio principaliter ad consideratione astronomicam per tineat·tamen per narrationez hystoricā/potest aliqualiter mā duci. Sciendum est igit̃ ꝙ sicut narrat Suetonius libro primo de.xii· cesaribus· Julius cesar kalendariū reformauit/quia sicut nunc per negli gentiam pontificū xpianorū/ ita tunc vicio gentilium pontificū erat cor ruptum. Et hoc propter defectū intercalatiōis id est interpositiōis diez De qua plene loquit̃ Solinus in principio libri de mirabilibus mundi· Hic ergo Julius in astronomia edoctus·sicut narrat Lucanus contra quosdaz astrōmos in egipto. de quantitate anni solaris disputauit·⁊ or dinem kalendarii sicut suo tempore fieri potuit adimpleuit· Ideo dicunt composuisse. ꝙ ipse numerum aureū in kalēdario ordinauit. Hoc itaqꝫ supposito considerandi sunt āni qui ab hac ordinatiōe fluxerūt· Scien dum igit̃ ꝙ Julius imperauit circiter annis quinqꝫ. Cui successit Octaui anus nepos eius·Cuius imperii anno. xlii. natus est cristus secundū hys toriam ecclesiasticam ⁊ scolasticā ⁊ vt ait Ysidorus· Vnde patet ꝙ anno. xliii· Octauiani augusti· qui incepit secundū computationez roma norum prima die ianuarii quam computationē adhuc Romana sequit̃ ecclesia cristus in. viii die sequente suam natiuitatem que erat initiū āni Romani·Tunc dictus est in secundo āno a sua natiuitate. licet solū octo dies hēret etatis. Et inde orit̃ ratio. quare nūc romana ecclesia cōputat

de mirabilibz mūdi· libro · Solinus ē actor·

iulius cesar edoctus in astronomia aureū numerū in kalēdar ordinauit /

annum domini a natiuitate. M. CCCC. xi. ante ānunciationē. Et ille qui computant ab incarnatione. dicunt. x. ⁊ non dicent. xi. vsqȝ ad diem annunciationis. Cum tamen ānunciatio seu incarnatio natiuitatem precesserit. Hoc enim ideo fit/ quia computant. xi. āno ab incarnatione completo

Hanc autem computationē ab incarnatione Dyonisius abbas romane vrbis instituit vt dicit Beda. Nam ante greci temporū ordinē a Dyocleciani principis annis obseruabant sicut antea ecclesia ab Imperatoꝝ temporibus computabat. Iuxta illud euuangelii Anno. xv. Tiberii cesaris ⁊c. Hec autem solum incidenter dixi vt appareat ꝙ Julius cesar imperauit circiter per. xlvii. annos ante natiuitatē cristi Quibus iunctis cum annis dñi. M. CCCC. xi. sequit̄ ꝙ in fine decembris completo hoc anno fluxerūt ab ordinatione numeri aurei circiter. M. CCCC. lviii. āni In quo annorum numero continentur quater. CCC. iiii. āni. Quib⁹ quaternariis primationes Lune vt patet per ea que predicta sunt. a suis locis in kalendario per. iiii. dies recesserunt. Et vltra remanent. CC. xlii. anni. In quibus adiunctis eis. lxii annis futuris qui. CCC. iiii. annos perficient. Iterum vna die ascendent. Vnde manifeste sequitur ꝙ anno domini. M. CCCC. lxxiii. primationes lunares a suis recedent locis circiter per quinqȝ dies. Et hec cronica computatio satis consonare videtur cum astronomica veritate. Quare saltem tunc deberet aureus numer⁹ corrigi. ⁊ primationes lunares in suis locis veraciter assignari. quia tūc starent in eadem veritate. qua fuerunt in sua primeva institutione. saltez per. CCC. iiii. annos. Post quos iterum posset numerus aureus corrigi. Vel pro correctione erroris posset primatio Lune notari per vnum diē ante numerum primationē designantem. vt sic vbi prius dicebat̄ Luna prima postea diceretur secunda. Hic autem sciendū est/ ꝙ cū de primationibus Lune tractamus mensis lunaris proprie non accipitur secundum Ptholomeū ⁊ omnes astronomos a visione Lune quia hoc temp⁹ est inequale ⁊ tamen menses debent equari. Nec accipit̄ a coniunctione solis ⁊ Lune secundum eorum cursum verum. quia etiā hoc tempus est inequale. Sed consideratur penes coniunctionē Solis ⁊ Lune secundū eoꝝ cursum mediū ⁊ equalem. Quia hoc tempus est vniforme. Et secundū Ptholomeum hoc tempus est. xxix. dies ⁊. xxxi. minuta vnius diei etȝ. l. secunda cum aliquibus minoribus fractionib⁹ vsqȝ ad quintam. Et huic concordat Arzachel in fundatione tabularuȝ nisi ꝙ omisit tertia quarta ⁊ quinta Ptholomei. quia in maximo tempore paruȝ addunt. Vnde scdȝ eum quantitas anni lunaris continet. CCC. liiii. dies ⁊ quintam ⁊ sextā vnius diei. Et secundum hoc erit tempus equalis lunationis. xxix. dies. xxxi. minuta diei ⁊. l. secunda. quia ista temporis quantitas multiplicata per. xii. facit quantitatem anni predictaȝ Et quia hmōi minuta diei duo cū dimidio valēt horā. Ideo p̄dicta minuta ⁊ secūda cū minoribus

epata quasi expiauta i. supaugmetata.

fractionibus omissis. valent xii. horas diei cum dimidia et fere una quarta hore quia non deest unum integrum minutum hore. Unde patet quod medium lunationis equalis. Ubi est oppositio siue plenilunium habet dies .xiiii. tres quartas diei. cum quarta parte unius hore. et medietate fere unius quarte. Ex quibus etiam concludi potest quod .xi. dies qui dicuntur excrescere in anno solari super annum lunarem / propter quod epacta sequentis anni solaris/quasi epiaucta id est superaugmentata nominantur. nequaquam cum omnimoda precisione computantur sicut clare patet ex comparatione anni solaris ad annum lunarem/secundum precisam quantitatem superius computatam. Sequitur etiam ex premissis quod cum maximus et manifestissimus sit error primationum secundum kalendarium. necessario oportet quod sit error in ciclis epactarum quia per huiusmodi exacta. xi. dierum maiora tum etas Lune in primo die sequentis anni. et per eosdem dies maioratur etas Lune in principio cuiuslibet mensis futuri anni super etatem suam in principio cuiuslibet mensis prioris anni. Et quia huiusmodi errores contingunt. necesse est ut etas Lune vera aliter quam per huiusmodi ciclos querenda sit.

De aliis erroribus qui consequuntur ex premissis. Capitulum quintum.

Ed ulterius considerandum est qualiter ex predictis erroribus sequuntur errores alii multi plurimum ecclesie scandalosi. Nam totus ordo ecclesiasticarum solemnitatum confunditur per falsam fixionem equinoxiorum. et per erroneas signationes primationum in kalendario. Cuius ratio est quia secundum ordinationem ecclesie in Nycena synodo constitutam. pascha debet celebrare die dominica post quartamdecimam Lunam que inuenitur vel in equinoxio vernali/ vel immediate post. propter confirmitatem legis xpiane ad legem antiquam. que figura fuit noue legis. et immolatio agni paschalis figura noui pasche. Cum ergo error sit in fundamento. scilicet in equinoxio et lunatione necesse est ut error sit in celebratione pasche. ut extra locum predictum multum ante vel post plusquam debeat celebretur. Et per consequens quod quadragesima et omnia festa mobilia sicut pentecostes et ascensionis et alia huiusmodi violentur et a suo loco recedant. quia omnia huiusmodi cedunt paschati et ab eo regulantur. Et cum omnia ista in se sint horrenda tamen respectu policie xpiane scandalosa sunt tamquam stulta et irrisione digna/quia propter ignorantiam. vel negligentiam ista corrigendi/fit dyabolo procurante. quod in tempore vero paschali xpiani abstinent a carnibus. et in vera quadragesima quandoque carnes comedunt. et alia multa inconuenientia sequuntur. sicut de septuagisima et rogationibus ac aliis huiusmodi obseruantiis ecclesiasticis que suis temporibus non seruantur. Et non solum compotiste et astronomi sed omnis homo qui non vult ceruicem erigere. ut contradicat

veritati. hec manifeste cognoscit. Unde philosophi infideles/ Arabes/ hebrei et greci qui habitant inter xpianos. siue in hyspania. siue in egipto. et aliis partibus orientis. aut aliis mundi regionibus derident xpianorum/ et maxime prelatorum suorum ignorantiam. et abhorrent stultitiam. quam euidenter conspiciunt. in hac ordinatione seu verius inordinatione temporum. quibus utuntur in sollemnium obseruatione festorum Si vero quis querat cur ecclesia tam magnos et manifestos tamque scandalosos errores iam diu non correxit. Pro huius questionis solutione/ sciendum est primo/ quod Eusebius cesariensis episcopus circulum primationum pro obseruatione paschali parum ante synodum. Nycenam ordinauerat. Ideo tempore quo celebrata fuit dicta synodus non potuit circa hoc mutatio notabilis apparere. Quare ibi statutum est primationes paschales /secundum dictum ciclum obseruari. Et beatus Leo papa discussione super hoc facta. tandem diffiniuit sententie Nycene synodi adherere. Sed et Beda in libro temporum nititur quantum potest hanc sententiam roborare Secundo considerandum est. quod Leo papa fuit post synodum Nycenam quasi C. xx. annis sub Martiano principe. Et Beda circiter per. CCC. lxix. annos. Qua propter tempore ipsorum non potuit lunatio multum recedere a loco suo. Cum in .CCC. et. iiii. annis fiat solum mutatio diei unius ut dictum est. Et ideo illo tempore adhuc potuit ille ciclus rationabiliter obseruari tam propter reuerentiam synodi. quam propter euitationem noue contentionis et scandali in prouisione remedii. Unde ut notat Beda. Ideo patres sic obseruabant ut aliud maius periculum propter hoc declinarent. Ex his tamen patet quod iam tempore Leonis oriebat scrupulosa dubitatio super hac re Et iuris augmentabatur tempore beati Hylarii pape. qui precepit nouum ciclum componere. In quo quia non fuit certitudo sicut nec prius. Ideo adheserunt posteriores consuetudini antique. Nam primitiua ecclesia non multum habuit usum astronomie. Unde sicut dicit Linconiensis/ quia ecclesia nondum certificata erat de quantitate anni non mutauit antiquam doctrinam de inueniendis solsticiis et equinoxiis. quamuis ex ea sequatur error in kalendario. Et ideo omissa fuit correctio huius erroris et aliorum predictorum tum quia tunc non erant tanti sicut modo sunt. et continue maiores fiunt tum propter longam consuetudinem. In cuius mutatione potuisset esse contentionis scandalum. tum quia scientia astronomie/ prius non multum fuit in usu xpianorum. ymmo ecclesie primitiue fuit aliqualiter odiosa.

De kalendarii correctione. Capitulum sextum.

Iam vero quia ecclesia dei multos habet xpianos in astronomia peritos. debet diligentiam adhibere. ut sua synodali autoritate predicti errores tam manifesti et palpabiles et tam horribiliter scandalizantes

h

omnesq defectus kalēdarii corrigant. Licet autem superius aliqualiter apertus sit correctionis modus tamen plenior et precisior huius rei certitudo debet per astronomos declarari. Sciendum est ergo/ quod pro correctione erroris kalendarii possunt tres modi satis convenienter assignari de quibus merito cōsiderandū ē. quis utilior sit atq facilior. Primus est quod cessetur a computatione unius bisexti. videlicet in quibuslibet centum. xxiiii. annis sicut pretactū est in secundo capitulo. Et per hūc modū corrigit kalendarium quātum ad cursum seu annū solarem. sed nō quantum ad lunarem. Nec sic aureus numerus seu primationes Lune poterūt corrigi et stabiliter signari in kalendario/ secundū correctionē quā docet .iiii. capitulum. Secundus modus est. quod non totiens cessetur ab huius modi computatione bisexti. sed solum in quibuslibet. CCC. iiii. ānis. Et per hunc modum corrigitur kalendarium quantū ad cursum lune. seu ciclum decēnovalem vel numerum aureum. Sed quātum ad cursum solarē non sufficienter providet. Tamen aliqualiter/ licet non totaliter corrigitur error de ascensu equinoxiorum et solstitiorū ac festoruʒ immobilium in kalendario signatorū. Et similiter correcto semel numero aureo et primationibus Lune signatis in debitis sibi locis stabunt postea in eadem veritate qua prius. Duo vero modi predicti non possunt simul practicari vel adinvicem se compati propter differentiaʒ ascensus equinoxiorum et solstitiorū ad ascensum primationū lunarium. Et hec omnia sunt ex precedentibus manifesta. Tertius autem modus non utitur predicta cessatione bisexti sed per novas tabulas astronomicas fieri docetur. sicut statim dicet. Et licet modus iste magis certus sit et precisus. tamē esse videtur magis a cōmuni usu et ecclesie consuetudine alienus. Nam aureum numerum tam diu observatū destruit. et tabulas novas et inconsuetas introducit. Nec tamen errorem qui est ex ascensu festoruʒ immobiliū tollendo corrigit/ sicut primus modus. Nec sicut secundus/ ipsum moderando restringit. Hic vero modus super duobus erroribus docet principaliter remediuʒ providere. Et primo de equinoxiis et solstitiis per tabulas astronomicas de introitu Solis in signa/ quia licet adhuc non sit nobis expresse certificata vera quantitas anni cum plena demonstratiōe tamen sicut dicit Linconiensis absq verificatione huiusmodi quātitatis anni potest cognosci veraciter dies equinoxii vel solstitii per instrumenta vel tabulas astronomicas verificatas. Secundo vero quantum ad primationes Lune potest correctionis remedium adhiberi/ quia eas possumus cognoscere secūdum veritatem astronomicā. si numeremus tempora secundum annos et menses arabum. de quibus Linconiensis diffuse tractavit. Unde primus dies cuiuslibet mensis arabum est dies coniunctionis Solis et Lune secundum eorum utriusq cursum medium. Ideo si hunc diē volumus dicere primū etatis Lune tunc cognitis initiis mēsiuʒ

tres modi pro correctione kl.

p. parcet ab uno b. in 134 anis

s. p luna in 304 anis

duo modi predicti nō possunt simul praticari

T. p novas tabulas astronomicas fieri docet

p. dies cuiuslibet mensis arabū ē dies coniunctionis solis et lune

cognoſcuntur ⁊ initia primationū. Vel ſi volumus inchoare primatiões noſtras prima die viſionis Lune / vel ſecūda/ vel tertia. Incipiem⁹ primationes noſtras a ſecundo vel tertio vel quarto die cuiuſlibet menſis arabum/ ⁊ procedemus uniformiter in computatione lunationū. Ideo non oportet niſi recurrere ad tabulas ⁊ canones annorū ⁊ menſium arabum. Et hec eſt doctrina vulgata apud aſtronomos arabes ⁊ latinos. Tamen ſicut quidam dicunt/ alia via procedere poſſumus cum eadē certitudine. ſed maiori autoritate videlicet per tabulas grecorum ⁊ maxime hebreorum. Et ideo ſi quis conſideret tabulas eorum ad occaſū hieruſalem/ plenam in his reperiet veritatem. Nam a principio hebrei fuerūt peritiſſimi in ſcientia aſtrorum. Et omnes nationes habuerunt hanc ſciētiā ⁊ alias ab eiſdem. Quia ſicut recitat Beda. Joſephus teſtat̄ ꝙ Abrahā patriarcha in aſtronomia edoctus a caldeis/ hanc diſciplinā egiptiorū genti cum apud eos exularet aduexit. Ex quib⁹ patet ꝙ ad euacuationem omnimodā errorum predictoꝝ/ neceſſariū eſſet ⁊ eccleſie honeſtum et utile/ deo ac toti mūdo gratum ⁊ acceptabile conueniēs adhibere remediū Videlicȝ vt inueniat̄ verum equinoxium ⁊ verificet̄ primatio/ ⁊. xiiii. Luna ab equinoxio ſumat̄/ ſiue eſſet in die equinoxii ſiue poſt. Fieretq̄ ibi terminus paſche/ ut in dominica ſequenti celebraret̄ paſchalis ſolemnitas Et poſſent fieri tabule de his equinoxiis ⁊ primationib⁹ abſq̄ hoc ꝙ numerus aureus vel aliquid aliud fixum poneret̄ ſuper kalendis/ ⁊ ſecūdū illas poſſet kalendariū in anno ⁊ menſibus ordinari per conſimile artificium quo vtuntur hebrei. Si vero eccleſia pro nunc non vellet kalēdarium cum preciſione corrigere. Nec in eius correctione vti aliquo trium modorum predictorū/ quia forte quibuſdā videbuntur nimis eſſe difficiles/ ſaltem omni modo deberet prouidere ꝙ equinoxia ⁊ ſolſtitia/ ac etiā primationes Lune corrigerent̄ ⁊ locis ſibi debitis in kalendario ponerentur. Nam ſic vſq̄ ad maximū tempus nō eſſet in predictis tantus error ſicut nunc eſt. Et adhuc contra errorem futurū poſſet remediari faciliter per modum ſuperius in. iiii. capitulo ānotatū. ⁊ ſic eſſet aliqualiter prouiſum contra premiſſa inconueniētia/ ⁊ ſpecialiter contra infideliū irriſionem ⁊ precipue iudeorū. Magnum enim opprobriū eſt ⁊ verecunda irriſio/ ꝙ in his rebus ad dei cultum pertinentib⁹ artificioſius procedāt iudei q̄ faciāt xp̄iani. Tollat̄ igit̄ hoc opprobrium vile a populo xp̄iano. Auferat ab eccleſia dei hanc uerecundiam apoſtolica celſitudo ⁊ ſacra ſynodalis autoritas/ ordinando ⁊ diſtricte precipiendo vt tam vtile ⁊ laudabile op⁹ celeriter cōpleat̄. Ad illi⁹ gl'iā ⁊ honorē q̄ ē bn̄dict⁹ in ſcl'a ſcl'oꝝ

Explicit exhortatio ſuper kalendarii correctione A domino Petro Cameracen̄ Epiſcopo.

alia via p. t. grecorum ⁊ hebreorum
... ad occasū hierusalē
oēs nationes habuerūt astronomiā a principio a Judeis
14. luna in die equinoxii siue post ibi fiat terminus pasche ut in dnica sequenti celebretur

Aureus numerus	Termini pasche secundum ecclesiam		Termini pasche secundum veritatem	
1	Aprilis	5	Aprilis	2
2	Martii	25	Martii	22
3	Aprilis	13	Aprilis	10
4	Aprilis	2	Martii	30
5	Martii	22	Martii	19
6	Aprilis	10	Aprilis	7
7	Martii	30	Martii	27
8	Aprilis	18	Martii	16
9	Aprilis	7	Aprilis	4
10	Martii	27	Martii	24
11	Aprilis	15	Martii	13
12	Aprilis	4	Aprilis	1
13	Martii	24	Martii	21
14	Aprilis	12	Aprilis	9
15	Aprilis	1	Martii	29
16	Martii	21	Martii	18
17	Aprilis	9	Aprilis	6
18	Martii	29	Martii	26
19	Aprilis	17	Martii	15

Nō cp vbicūq̄ Luna i4 siue i eq̄noctio siue post occurrirer ibi fit pascha iudeoꝝ/ ⁊ dicit̄ terminus pasche xp̄ianorū qđ fit in dn̄ica sequente

In hac tabula quere aureū numerū anni tui ⁊ in directo ei9 erit termin9 pasche illi9 āni tā secūdū ecclīasticam consuetudinē q̄ȝ scđm verā correctiōȝ. Et inde videbis quātū us9 eccie a veritate recedat

Incipit tractat9 de vo ciclo lunari A dn̄o Petro Cameraceñ Episcopo

Tractatus de vero ciclo lunari secundū Arabum doctrinam. Primo sex conclusiones fundamentales proponā. Secūdo earū declaratiōȝ subiūgā. Tertio tabulas huic artificio cōgruentes describā.

Prima conclusio

Super kalendarium Romanū/ verum ciclū lunarē arabum collocare.
Hunc verum ciclū ex. 30. annis arabum p̄ficere consurgere.
Annum arabum .xii. lunationes equales ⁊ .xii. menses quosdā perfectos/ ⁊ quosdam imperfectos continere.
In .xxx. ānis arabū .xi. ānos excrescētes seu bisextiles existere.
Rodus ita terremotu cõcussa sunt vt Collosus magnꝰ rueret. Alexandrie ꝛ egipti Ptholomeus Philopator regnat sub quo ea que in secũdo libro Machabeoꝝ scripta sunt gesta ferunt. Quo victo Anthiochus rex Sirie Judeã sibi sociat Romani Marcello consule Syracusas capiunt subiugantqꝫ Capuã ꝛ Siciliam Alexandrie ꝛ egipti quintus Ptholomeꝰ epiphanes destinato principe milicie Judeã capit ꝛ plurimas Sirie ciuitates sub. 148. Olimpiade Sirie ꝛ Asie Seleuchus qui ꝛ Philopator regnauit vnde ꝛ secũdus liber Machabeoꝝ apud Judeos huiꝰ temporis continet gesta Titus Liuius clarus habetur Cũ ab Anthioco per legatos Hanibal reposceretur cui se a scipione victus sociauerat ad regem Bithinie transfugit quem cũ rursus ab eo senatus repeteret ꝛ tradendus esset/ venenum bibit/ ꝛ apud Libissam Bithinie sepultus ẽ. Hoc tempore ob sacerdotia ꝛ pontificatus Judeoꝝ orta seditione ingentiũ miseriarũ semina pullularunt. Antiochus omnem Judeoꝝ prouinciã ad ydolatriam cõpellens qui parere noluerũt enecat. Postea Hierosolimam ascendẽs templũ ꝛ vasa dei vastat in templo Jouis simulacrũ ponit in Samaria super verticem montis Jouis delubrũ edificat ipis Samaritanis vt id faceret precantibus verũ Mathatias fultꝰ auxilio filioꝝ leges patrias vindicauit Olimpiade. 153. Ennius poeta septuagenario maior articulari morbo perit sepultus in Scipionis monumẽto via apia.

Macedonum regnũ deficit. 153. Olimpiade. Nam Romani interfecto rege perse macedones illirios ꝛ gallatas liberos esse iusserunt apud Judeam defuncto Matathia filius eiꝰ Judas Machabeus Judeoꝝ dux fuit hic duces Anthiocie de Judea expellens ꝛ templũ ab ydoloꝝ ymaginibus emundans patrias leges post trienniũ suis ciuibꝰ reddidit Olimpiade. 158. Alchimus alienus a sacerdotali genere ambiciose pontificatũ inuadit. Qui aduersus Judam Machabeũ inimicicias gerens cito post dei ira percussus interiit ac sic cũ omni Judeorum fauore Jude Machabeo sacerdotiũ decernitur. Qui dignitate suscepta legatos Romam dirigit decreuitqꝫ senatus Judeos amicos ꝛ auxiliatores Romanoꝝ habẽdos Therencius cõmediarum scriptor in Archadia morit Judas aduersꝰ demetrii duces inito prelio occiditur tribus ãnis pontificatu gesto pꝰ quẽ frater eius Jonathas dux Judeoruꝫ factus Bachide duce demetrii a Juda expulso pontificatum suscipit/ descriptione Rome facta inuenta sunt hominũ. 332000. sub Olimpiade. 158. Tunc Carthago in ditionem Romanorum per Scipionẽ redigitur habens a conditione sua ãnos. 668. vel secũdum alios. 148. Scipio numãtinos subuertit Jonathas dux Judeorum pariter ꝛ pontifex cũ Romanis ꝛ Sparciatis amicicias facit quem Tripho dolo interfecit. Ceterũ primus liber Machabeorum huiꝰ temporis hystoriam cõtinet Joannes dux Judeorũ ꝛ pontifex aduersus Hyrcanos bellum gerens Hyrcani nomen accepit ꝛ cũ Romanis amiciciam

contraxit/ hic Samariam obsidione captam solo coequauit quā postera Herodes instaurans Sebasten in honorem Augusti appellari voluit Jugurtha in Romanos dimicans capī Rhodo terremotu cōcussa Collosus ruit Cicero Arpini nascitur.

Rodo colosus mag ruit

Udeorum Aristobolus filius Joannis rex pariter ⁊ pontifex primꝰ apud Judeos Dyadematis sumpsit insignia post· 484· ānos Babilonie captiuitatis pꝰ quē regnauit Janneus cogno alexander qui pontificatū administrans crudelissime ciuibꝰ prefuit ducenta milia cymbrorum cesa ⁊·80·capta per Gayum marium/hic quinquies consul iuxta Eridianum Cymbros superat ⁊ post de eis cū Catulo triumphat/ huiusqꝫ Syria possessa per reges in Romanā ditionē cessit/descriptione Rome facta inuenta sunt hominū·463000·Salustius Crispus scriptor hystoricus nascitur Silla Athenienses vastat qui deinde Romā obtinuit ⁊ post bienniū moritur Lucius Lucullus primus imperator appellatꝰ ē/ victa Armenia ⁊ Mesopotania Pompeius vniuersam Yberiam subiugauit· Virgilius Maro nō procul a Mantua nascitur. Marcius Porcius Cathophs̄ agnoscitur Antiochia Syrie a Romanis capitur·

lucius lucullꝰ pimpator appellatꝰ

virgilius maro nō pcul a mantua nascitur

Ostea Judei Romanorꝫ Vectigales facti sunt ⁊ pontificatū apud eos suscepit Hyrcanus/ipse vero ⁊ Aristobolus filii Alexandri cōtra se de imperio dimicantes occasionē prebuere Romanis vt Judeā iuaderent. Jtaqꝫ Pompeius Hierosolimā veniens capta vrbe ⁊ templo reserato vsqꝫ ad sancta sanctorꝫ accedit/Aristobolum secū victum adducit/ pontificatum cōfirmat Hyrcano/deinde Antipatrum procuratorem Palestine facit ⁊ Judeos tributarios Ea que de Cathiliā Salustius scribit ⁊ Liuius gesta sunt hoc tempore·Oracius Flaccus nascit᷑/ Virgilꝰ cremone studiis eruditur. Cesar rhenū transiens germanos vastat ⁊ Gallos capit hic principium belli ciuili Cesaris ⁊ Pompeii·

virgilius cremone eruditur studijs

Einde Gayus Juliꝰ Cesar primus ex Romanis singulare obtinuit imperiū a quo Cesares Romanorū principes appellati sunt ⁊ imperauit ānis quattuor mensibꝰ septem·Pompeiꝰ prelio victus ⁊ fugiens a Spadonibus Alexādrini regis occiditur Cesar in egipto Cleopatre regnum cōfirmat ob stupri grām Anthonius decreuit quintilē mensem Julium debere dici quia in eo fuisset natꝰ Julius Cesar. Qui Jdibus marcii in curia occiditur. Cuiꝰ corpus in rostris ad honorē concrematū ē Rome tres simul exorti soles paulatim in eūdem orbem coierūt inter cetera portenta que in toto orbe facta sunt hos in suburbano Rome ad arantē locutꝰ est se frustra vrgeri nō enim frumenta sed hoies breui defecturos.

tres soles simul exorti celo sūt

bos arante roma locutꝰ ē

Omanorum secundus imperauit Octauianꝰ Augustus Cesar annis ·56·mensibus·6·a quo Augusti appellati Aduersus eū Anthonius bellum mouet. Cycero occiditur·64·etatis sue āno. Ouidius Naso nascitur / de taberna meritoria trans tyberim olcū terra erupit fluxitqꝫ tota

ouidius naso nascitur

de taberna meritoria trās tiberi oleū terra erupit

die sine intermissione significans xpi gratiā ex gentib9 Anthoniū superat Augustus. Et interueniente Senatu in amiciciā cum eo regreditur. secunda secessio Augusti ⁊ Anthonii facta est. Salustius obiit quadriennio ante Acciacum bellum.

Salustius obijt//

a Ntigonus cōtra Judeos dimicans tandem occiditur a quo vsq͂ ī presens tempus hierosolimoꝝ regnum destructū est. Siquidē Herodes post eum a Romanis cōstitutus est princeps alienigena deficiente pontificum principatu. Cui9 tempore xpi natiuitate vicina regnū ⁊ sacerdotiū destructum ē cōpleta prophetia que per Moysen ita loquitur. Nō deficiet princeps ex Juda neq͂ dux de femoribus eius donec veniat cui repositum est ipe erit expectatio gentiū. Jn hoc etiam loco completur prophetia Danielis. Nam vsq͂ ad herodem xpi id est sacerdotes erant principes Judeoꝝ qui imperare ceperunt a. 67. Olimpiade ⁊ ab instauratione templi sub Dario vsq͂ ad hyrcanum ⁊. 187. Olimpiadē ānis. 483. in medio transactis quos Daniel significauit per ebdomadas. 69. que p̄ dictos ānos efficiūt vt declarat Eusebius. Filii quoq͂ herodis post eū regnauerūt vsq͂ ad nouissimā hierosolimoꝝ captiuitatem. Nequaq͂ ex successione sacerdotalis generis pontificib9 constitutis. Neq͂ perpetuitate vite secūdum legem Moysi seruientibus deo ignobiles vero quidā et alio tēpore alii ⁊ nōnulli vni9 āni siue modico amplius a Romanis principibus sacerdotiū emebant que omnia etiam Daniel vaticinatus ē.

moises
nō deficiet p̄nceps ex iuda neq͂ dux de femoribz eius donec veniat q cui repositū e / ipe erit expectac gentiu

P Ost Augusti ⁊ Anthonii tercie dissensionis exordium quia Repudiata sorore Cesaris Cleopatram duxisset vxorem Acciacum bellum ortum est. Cleopatra quoq͂ ⁊ Anthonius semet interficiunt ⁊ egipti regnum quod fuit in Alexandria destructum ē in quo Ptholomei qui vocabantur Lagide vsq͂ ad Cleopatrā regnauerunt ānis. 297. defuncta ergo Cleopatra egiptus fit Romana prouincia quā primus tenuit Corneli9 Gallus de quo scribit Virgilius in bucolicis. Quidem ab hoc loco Augusti Monarchie primū annum cōputant a quo sextilis mensis August9 nomen accepit qui Romanis plurimas leges instituit. Censu Rome agitato Jnuenta sunt ciuiū Romanoruꝫ quadragies ⁊ semel centena ⁊ sexagintaquattuor milia Thebe egipti vsq͂ ad solū dirute Terenti9 varo nonagenarius moritur Augustus Calabriā ⁊ Gallos Vectigales facit Augusto cū Monarchia deferretur rēnuit Thyberius ab Augusto missus occupauit Armeniā. Virgilius Brundisii moritur/ossa ei9 Neapolim trāslata titulo huiusmodi superscripto quē ipse moriens dictauerat. Mantua me genuit Calabri rapuere tenet nūc Parthenope. Cecini pascua rura duces Augustus Gayum Agrippam adoptat in filiū. Jpe quoq͂ Augustus a senatu pontifex maximus ē appellatus Tyberius de captiuis Pānoniis triumphat. Oracius Rome moritur. 72. etatis sue āno. Tyberius vastata Germania imperator appellatur.

terentius varo morit᷑

virgilius brūdisi morit᷑

crudelissimus erodes

Erodes Cesaream in nomine Cesaris cõdidit qui prius turris stratonis vocabatur ipse quoqz Antiochiam condidit ⁊ Antipatridam atqz herodionem in honorem patris antipatri ⁊ suũ extruxit innumerabilia quoqz opera in singulis Syriaꝝ vrbibus/ipse vero hyrcanũ qui olim sacerdos Judeoꝝ fuerat de captiuitate partica regressum ⁊ filiũ ei9 qui sacerdotio patris successerat interfecit sororem quoqz ei9 vxorẽ suã cum duobus proprijs filijs. Jam adolescẽtẽ ⁊ matrẽ vxoris occise socrũ suam crudelissime necat. Et ad hec que crudeliter gesserat etiam hoc addidit virum sororis sue Salome interfecit ⁊ cũ eam alij tradidisset vxorẽ etiam hunc necat. Scribas quoqz ⁊ interpretes diuine legis simili scelere occidit. Qui etiam cito post cũ xpi natiuitatem maiorum iudicio cognouissz vniuersos Bethleem paruulos iussit interfici. hic morbo intercutis ⁊ scatentibus toto corpore vermibus miserabiliter moritur.

Jesus xps filius dei in Bethleem Jude nascitur ãno·42· Octauiani nocte diei dñice· Et anno.17·Tyberij Cesaris predicare orsus est. Vixitqz annis trigintaduobus/mensib9 tribus/iuxta illud euangelium. Erat Jesus incipiens quasi ãnoꝝ .30. Crisostomus tñ dicit ꝙ xps vixit plenarie.33·ãnis ⁊ tantũ supra quãtũ ẽ a natiuitate vsqz ad pascha· ⁊ sic vixit secũdum eũ.33·annis cum dimidio. Mortuus est aũt secũduz Eusebium Anno Tyberij·18·quo tempore sicut in Ethnicorum cõmentarijs reperitur multa mirãda cõtigerunt sicut in alio tractatu notauimus Parum ante hoc Augustus cũ filio suo Tyberio censum Rome agitans inuenit hominũ nonagies ⁊ ter centena ⁊ septuaginta milia. Quo tempore defectione Solis facta Augustus·76·etatis sue ãno moritur.

Post quem Tyberius terci9 imperauit ⁊ Judeoꝝ principatum obtinuit herodes Tetrarcha Ouidius Poeta exilio obijt. 13. vrbes terremotu corruerunt. Ephesus magne Sira Sardis Mostene Age hyero Cesarcha Philadelphia Thelomusteu9. Cume Smirna Appollonia Dya hyrcania. Pylatus a Tyberio procurator Judee missus fuerat. Joannes filius Zacharie antea in deserto iuxta Jordanem fluuiũ predicans filium dei in medio eoꝝ adesse testatur. Ipse quoqz dñs Jesus signis ⁊ virtutibus vera esse comprobans que dixerat/miracula que in euangelijs scripta sunt fecit·discipulis suis vt cõuersionem gentium ad deũ annuncient imperauit. secũdum prophecias que de eo prolocute fuerant. Computantur aũt vsqz in annũ·17·Tyberij Cesaris a secũdo ãno instaurationis templi que facta est sub altero ãno Darij persarum·548. A Salomone aũt ⁊ prima edificatione templi anni.1060. A moyse ⁊ egressu Jsrael ex egipto ãni·1539·Ab Abraham ⁊ regno Nini ãni.2044·A diluuio anni .2986. Ab Adam anni·5228·

ouidius poeta exilio obijt

pilat9 a tiberio procurator iudee missus fuerat

Scribit aũt Josephus inter alia mira que anno passionis xpi notauit ꝙ Pylatus preses secreto noctis ymagines Cesaris in templo

p̃ episcopus iacob; fr̃ dñi

statuerit/ ⁊ hec prima seditionis ⁊ turbarū Judeis causa extiterit. Eccle sie Hierosolimoꝝ primus eṗs ab apostolis ordinat̃ Jacobus frater do mini ⁊ ex hoc loco cōsiderandum quāte deinceps calamitates Judeorum gentem oppresserunt. Pylatus post predictā seditionem que ob Cesaris ymagines fuerat concitata sacrū thesaurum quē Corbonā Judei vocant in aque ductu Hierosolimoꝝ expendens secū de seditionis prebuit semīa Seianus prefectus Tyberii qui apud eū plurimuꝫ poterat instantissime cohortatur vt gentem Judeorū deleat Philo meminit in libro legatōnis secundo. Pylato de xp̄ianorum dogmate ad Tyberiū referente Tyberi⁹ detulit ad Senatum vt inter cetera sacra reciperent̃ Verum cū ex cōsulto patrum xp̄ianos vrbe eliminari placuisset Tyberius per edictum accusa toribus xp̄ianorum cōminatus ē mortem. Scribit Triculianus in Apo logetico suo Tyberius in Campania moritur.

tyberius ĩ campania morit̃.

Omanorum quartus Gayus regnauit ānis tribus mensibus decem qui cognominatus Caligula. Hic Agrippā a vinculis liberatū regē Judee facit. Flaccus prefectus Egipti multis Judeos calamitatib⁹ pre mit cōsentiente Alexandrie populo ⁊ crebris aduers⁹ eos clamoribus p sonante sinagogas quoq; eoꝝ ymaginibus statuis aris ⁊ victimis pollu it. Pontius Pylat⁹ multas incidens calamitates propria se manu inter fecit vt scribunt Romanoꝝ hystorici. Gayus qui semetipsum in deos in tulerat precepit scire prefecto vt in Hierosolimis statuam suā sub nomi ne Jouis maximi poneret totoq; orbe Romano sicut Philo scribit ⁊ Jo sephus in synagogis Judeoꝝ ⁊ statue ⁊ ymagines Cesaris cōsecrate. hic Gayus pluribus nobilib⁹ interfectis etiam sorores quibus stuprū intu lerat insularū exilio cōdemnauit ⁊ omnes exules iussit interfici. Tandem a protectoribus suis in palacio suo occidit̃ āno etatis sue. 29.

pontius pilatus p p̃ se manu ĩterfecit.

Omanorum quintus Claudius regnauit ānis. 13. mensib⁹. 8. diebus. 28. Petrus apostolus cum primū Antiochenam ecclesiā fundasset Romam mittit̃ vbi euangeliū predicans. 27. ānis eiusdem vrbis eṗs p seuerat. Marcus euangelista interpres Petri egipto ⁊ alexandrie xp̄m annūciauit. Prim⁹ Anthiocie epūs post Petrū ordinatur Euodius. Cui successit filius ei⁹ Agrippa a Claudio substitutus. Prophia Agabi quā in actibus apostoloꝝ de fame orbe toto terrarum futura predixerat sub Claudio expletur. Claudius de Britannis triūphauit ⁊ Orchadas insu las Romano adiecit imperio. Descriptione Rome facta inuenta sunt Ro manorū ciuium. 6914000. Tracia huc usq; regnata in prouinciam redigi tur Hierosolimis dieb⁹ asimorū orta seditione. 30000. perierūt Judeorū Claudius Felicem procuratorē Judee mittit apud quem Paul⁹ apostol⁹ accusatus in sui defensionem perorat. Claudius morit̃ āno etatis. 64.

claudius de britanis triumphauit ⁊ orchadas insulas romano adiecit ĩpio. descriptione rome facta inuenta fuit romanorum ciuium 6914000.

Omanorum sextus regnauit Nero ānis. 13. mensib⁹. 7. diebus. 28. Cuius auūculus fuit Gayus caligula sub quo Paulus apostolus

vinctus Romam mittit Jacobus Frater dñi quem omnes iustū appella bant a Judeis lapidibus opprimitur in cuius locū Symeon qui et Symon secundus assumit. Post Marcum euangelistam primus Alexandrie or dinatur epūs Anianus Anthiocie ordinatur secūdus episcopus Ignatius Ante mensam Neronis fulmen cecidit Terremotus Rome factus est. In Asia tres vrbes terremotu conciderūt. Nero Rome in citharistarum agone contendens superat. Stacius in Gallia rethoricam docet. Lucanus cordubeñ poeta moritur. Seneca cordubeñ preceptor Neronis et patruus Lu cani poete incisione venarum et veneni haustu perijt. Nero Agrippinam matrem et sororem patris interficit ipse quoque cū ceteris viris insignibus etiam Octauiā vxorem suam interemit sed et plurimam partem Romane vrbis incendit vt similitudinē Troye ardentis inspiceret. Insuper vltra omnia scelera sua primus etiam in xpianos persecutionem fecit In qua Petrus et Paulus gloriose occubuerūt. Post Petrum primus Romanam ecclesiam tenuit Linus Contra Judeos rebellantes Vespasianus magister militie a Nerone mittit qui plurimas vrbes Judee capit Josephus scri ptor hystoricus dux belli Judeorum cū a Romanis interficiendus esset Vespasiano prenūciat de morte Neronis et eius imperio. Nero cum a sena tu quereretur ad penam seipsum interfecit atque in eo omnis augusti fami lia consumpta ē. Post quem Galba in Hiberia/ Vitellius in Germania/ Otto Rome imperiū arripuerunt. Galba septimo mense imperii sui in me dio vrbis foro capite trūcatur/Otto tercio regni sui mense propria ma nu occubuit. Vitellius a Vespasiani ducibus occisus in Tyberim pcit.

Omanorum septimus regnat Vespasianus ânis nouem mensibus .11. diebus .22. Titus ab eo missus Judea capta et Hierosolimis subuersis .600000. virorum interfecit Josephus dicit vndecies. 100000. fame et gla dio perijsse et alia. 100000. captiuorum venūdata. vt aūt tanta multitudo reperiretur causam asimorum fuisse/ob que ex omni gente Judea ad templū cōfluentes in vrbe quasi carcere sunt reclusi. Oportuit enim his diebus pasche eos interfici in quibus saluatorem crucifixerūt. Sic igit regnum Judeorum finitum atque destructū. Tunc lues Rome facta ita vt per multos dies .10000. fere hominū mortuorum referrent. Tres ciuitates Cipri ter remotu corruerūt. Vespasianus .69. etatis sue anno morit/cui successit Ti tus Romanorum octauus in vtraque lingua disertissimus magneque bonita tis et benificentie sed de eo suisque successoribus non vlterius prosequemur. Nam sufficit nobis ad eos peruenisse sub quibus xps natus est predica uit et occisus est suique crucifixores Judei subuersi sunt. Colligitur aūt om ne tempus in secūdum annum Vespasiani et nouissimam euersionem Hiero solimorum a .17. anno Tyberii Cesaris et predicatione xpi anni .42. a capti uitate quam ab Anthioco perpessi sunt âni .283. a Darii secūdo anno sub quo rursum templum edificatum est anni. 790. a prima edificatione sub

dd

Stacius in galia rethorica docet// Lucanus cordubeñ poeta moritur// Seneca cordubeñ preceptor neronis incisione venarum et veneni haustu perit

Salomone vsq; ad nouissimam ei9 ruinam sub Vespasiano anni. iio2.

Hunc āt etiā expedit aliaꝝ rerū gestaꝝ tempora breui recapitulati one colligere. Igitur secūdum Eusebiū in prologo cronice sue an no. 42. imperii augusti xp̄s natus est. Et anno 17 Tyberii predicare or sus est si quis aūt retrorsum computet reperiet a Tyberio vsq; ad annū Darii sub quo templū restauratū est annos. 548. Nam Darii secundus ann9. 67. olimpiadis āno primo fuit ⁊ Tyberii. 17. in. 201. olimpiadē in currit. Fuerūt ergo inter Darium ⁊ Tyberiū olimpiades. 121. anni. 548. quadriennio in vnaquaq; olimpiade computato deinde secūdo āno Da rii annus. 19. desolationis templi explet᷑ A quo ad primā olimpiadem retrorsum numerant᷑ olimpiades. 64. in. 256. annis qui similiter compu tantur a predicto desolationis templi āno vsq;. 70. Ozie regis vel Jude orum sub quo Ysaias ⁊ Ozee fuerūt. Itaq; prima olimpias in Ysaie et reliquoꝝ qui cū eo prophetauerint incurrit etatē. Rursum si a prima olim piade ad superiora ⁊ vsq; ad captiuitatem Troye proueharis Inuenies annos. 406. sicut curiosissima grecoꝝ hystoria cōscribit. Item apud He breos a supradicto Ozie āno ⁊ tēporib9 Ysaie prophete vsq; ad Samp son ⁊ tercium annū Labdon iudicis computabis annos. 406. Post hec iterum ad superiora conuertere ⁊ cū. 329. ānos retroactos impleueris gre corum cicropē ⁊ moysen hebreoꝝ inuenies. Nam a. 47. cicropis vsq; ad captiuitatem Troye ⁊ ab. 80. etatis moysi in quo populū Israel de egip to eduxit vsq; ad Labdon ⁊ Sampson computant᷑ anni. 329. Itaq; sine vlla ambiguitate moyses ⁊ cicropes qui prim9 athenensiū rex fuit bisdē fere temporib9 fuere. Ab. 80. aūt anno moysi ⁊ egressu Israel ex egipto vs q; ad primū annum Abrahe reperies annos. 505. quos similiter a. 47. an no cicropis vsq; ad Ninū ⁊ Seminanū assiriorum principes cōputabis Iterū a natiuitate Abrahe vsq; ad totius orbis diluuiū inuenies retror sum annos. 942. Item a diluuio vsq; ad Adam. 2242. annos In quibus nulla penit9 nec greca nec barbara nec gentilis Inuenit᷑ hystoria. Nunc etiaz superest vt hebreoꝝ annos ab Abraham vsq; ad Moysen. A Moy se vsq; ad primā edificationē templi ⁊ ab ea vsq; ad secūdam instaurati onem ei9 ⁊ vsq; ad aduentū xp̄i dn̄i videamus. A natiuitate aūt Abrahe vsq; ad Moysen ⁊ egressum ex egipto computant᷑ anni. 505. A Moyse vsq; ad Salomonem ⁊ primā edificationem templi anni. 419. secundum tn̄ minorem numerū quem tercius regnoꝝ liber continet. Nā iuxta volu men iudicū cōputantur anni. 600. Circa quā cōputationis differentiaz diligenter attende an forte in ea fundari posset discrepantia que est inter cōputationem Bede ⁊ cōputationem Alfonsi de annis ab Adam vsq; ad xp̄m de qua in alio tractatu satis diximus. A Salomone vero ad instau rationem templi que sub Dario rege persaꝝ facta est colligunt᷑ āni. 512. A Dario vsq; ad predicationē xp̄i ⁊. 17. annū Tyberii explētur āni. 548.

debz intelligere p quibz olimpiade annis quat^{or}

Itaqꝫ sunt simul ab Abraham vsqꝫ ad. 17. Tyberii annũ anni. 2044. Si militer a Nino ꝛ Semiramide vsqꝫ ad Moysen ꝛ Cicropen anni. 707. ꝛ a Cicrope vsqꝫ ad captiuitatem Troye anni. 329. A captiuitate Troye vsqꝫ ad primã olimpiadem anni. 406. A prima olimpiade vsqꝫ ad secũduꝫ Darii annum ꝛ instaurationẽ templi anni. 276. A secũdo Darii ãno vsqꝫ ad. 17. Tyberii annũ. 543. fiunt sil' a Nino vsqꝫ ad. 17. Tyberii totidẽ anni quot prius ab Abraham vsqꝫ ad Tyberium numeramus ꝛ hec secundum Eusebium.

b Jeronimus qui Eusebii cronicã de greco in latinũ transtulit ꝛ eã vsqꝫ ad tempus suũ continuauit. In fine cronice sue annoꝝ recollectionem breuius cõcludit. Ita scribens ab vrbe condita vsqꝫ ad extremum huius operis annũ fiunt anni. 1131. hoc modo sub regibus ãni. 240. sub consulibus ãni. 464. sub augustibus cesaribꝰ ãni. 421. Colligunt' omnes anni vsqꝫ in p̃sens tempꝰ. Ita a Tyberii ãno. 17. ꝛ predicatione xp̃i anni. 371. A secũdo anno Darii quo templũ restauratum est ãni. 898. Ab olimpiade prima qua etate apud hebreos Ysaias prophetabat ãni. 1161 A Salomone ꝛ prima edificatione templi ãni. 1412. A captiuitate Troye quo tempore Sampson apud hebreos ãni. 1761. A Moyse ꝛ Cicrope primo rege attice anni. 1890. Sic igit' finaliter cõcluduntur ab Abraham et regno Nini ꝛ Semiramidis anni. 2397. Ab Abraham vsqꝫ ad diluuiũ anni. 2242. Quibus omnibꝰ simul collectis fiũt ab Adam vsqꝫ ad. 14. valentis ꝛ valentiniani iunioris ãnum omnes ãni. 7719. Cum igit' vt dictuꝫ est a Tyberii ãno. 17. vsqꝫ ad. 14. ãnum valentis quo interiit numerentur ãni. 371. Et inde vsqꝫ ad Abraham anni. 2044. cõsequens est vt fiant omnes ãni totiꝰ hystorie Eusebii ꝛ Hieronimi. 2397. Nos ergo que vsqꝫ ad hoc tempus valentis nõ prosecuti sumꝰ cronicam Eusebii sed solũ vsqꝫ ad tempus Vespasiani vt premissum ẽ deinceps sequimur cões cronicas que omissa cõputatione per decades ꝛ olimpiades. A xp̃o ꝛ eiꝰ vicario Petro per successiones summoꝝ pontificum ãnorum numerũ notauerunt Nec hystoricis narrationibus insistemꝰ nisi quãtum potuerint applicari ad tempora maximaꝝ ꝛ maiorum cõiunctionũ ac etiam reuolutionũ saturnalium de quibꝰ infra dicemus ideo ꝙ longam narrationẽ quã de variis regnis suprafecimus ad breuẽ recapitulationem regnoꝝ principaliũ reducemus. Nõ quia ad alia nõ sit habenda cõsideratio sed ad ista maxĩe

Ciendum est igit' ꝙ secũdum quattuor partes orbis quattuor fuerũt principalia regna de quibꝰ Daniel prophetauit licet de his antea Jonithus predixerat sicut supra tactũ est/ primũ ab oriente fuit regnum babiloniũ quod incepit a Nino tempore Abrahe. Ninus enim exceptis indis primꝰ omniũ Azie imperauit. Hoc aũt regnum assirioꝝ in Sardanapolo mutilatum quia preter medos durauit vsqꝫ ad Cyrũ deleta ẽ. Omnes vero ãni regni assiriorũ a primo ãno Nini cõputantur. 1240. et

cartago condita e 923 ano 193 post troyanu bellu //

inde assiriorum regnū in medos translatū est secūdum a meridie fuit regnum carthagenēse quod incepit tēpore iudicū qñ cartago odita ē videlz āno·ix3·post Troyanum bellū. tercium a septetrione fuit regnū macedonicum quod nō incepit ab Alexandro vt quidam dicūt sed diu ante secūdum Eusebium·Nam qñ assirioꝝ regnum in medos translatum est tūc macedonū regnum sumpsit exordiū·Ab Alexādro tñ recepit augmentū a quo regnum alexādrinum iniciū ⁊ nomen accepit·quartum fuit ab occidente regnū latinoꝝ quod diu postea a Romulo Romanum vocatū est secūdum Eusebium·Et sicut dicit Orosius ab vrbe odita id est a Romulo nūcupata vsq₃ ad mundi creationem numerātur anni.xxxx. Et ab ea vsq₃ ad xpi aduentum āni.7199 quam cōputationem sequit᷑ Beda ⁊ eādem prius posuisse videt᷑ Eusebi9/sed ab ea discordat Alfonsus vt alio tractatu notatū est. Hec aūt quattuor regna hic notata sunt nō secūduz ordinem originis sed iuxta ordinē partium orbis videlicet orientis meridiei sep tētrionis ⁊ occidentis. Nā de eoꝝ ortu ⁊ occasu variaq₃ permutatione ex superius dictis potest clarius apparere· Hic aūt notādum est q͡ vt ait Augustin9·18·libro de ciuitate dei inter plurima inquit regna terraꝝ duo cernim9 longe ceteris prouenisse clariora assirioꝝ primū deinde Romanoꝝ illud prius in oriente hoc posterius in occidente surrexit deniq₃ in illi9 fine hui9 inicium cōfestim fuit regna cetera ceterosq₃ reges velut appēdices istorum dixerim.

Via vero ad permutationes regnoꝝ ⁊ sectarum nō solū habent respectum cōiunctiones Saturni ⁊ Jouis de quib9 dictū est sed etiā reuolutiones de quibus loquit᷑ Albumasar libro de magnis cōiunctionib9 tractatu secundo differētia octaua·Ideo de his dicere propono āteq₃ ad cōiunctionem septimā vltra progrediar docet ergo q͡ mora secte ⁊ regni ⁊ eaꝝ permutatio accidūt secundū quantitatē.10. reuolutionū saturnalium ⁊ precipue si Saturno cōueniat mutatio ad signa mobilia que sunt Cancer Libra Capricornus Aries dūmodo Jupiter fuerit cadens ab eo sed si Jupiter fuerit cū eo aut aspiciat eum minuet de malo propter ei9 bonitatē·Qñ enim fuerunt cōplete·10. reuolutiones Saturni in dieb9 Darii fuit apparitio Alexandri magni ⁊ destructio regni persaꝝ / ⁊ circiter post alias decem reuolutiones cōpletas apparuit Jesus filius Marie cū permutatione secte·Et qñ cōplete sunt decem reuolutiones alie venit meni cū lege que est inter Nazarenos ⁊ Paganos. Et post decē alias venit Machometus. Et illud forte est ante cōplementum decime vt in reuolutione nona vel post in vndecima·Et illud est secūdū quantitatē ei9 qđ exigunt cōiunctiones premisse que sunt fortiores istis reuolutionib9·Et similiter mutatur hoc citius vel tardius secūdum proprietates planetarum dñantium regnis diuersis vt Saturn9 dñatur Indie·Jupiter Babilonie·Mars Tracie · Sol Romanis et imperio . Mercurius Egipto

Signa mobilia s[unt] cancer libra capricornus Aries

Luna Assiriis.

D declarationē predictaꝝ reuolutionum sciēdum est ꝙ reuolutio Saturni est eius circuitus ab vno puncto incipiens ⁊ ad idē punctum reditio. Et iste cursus eiꝰ vel circuitus perficit quasi in .30. ānis vt supra dictū est. vnde patet ꝙ premisse .10. reuolutiones Saturni fiūt in .300. ānis vel circiter/ sed in premissis triplex occurrit dubiū/ primum a quo puncto celi huiusmodi reuolutiones incipiāt/ secūdum quare plus ab vno ꝙ̄ ab alio puncto celi incipere debeāt/ tercium cur decē reuolutiones tales plusꝙ̄ .9. vel. 11. aut. 12. talē effectum aut signationē habeāt. Horum dubioꝝ solutio nō est clara nec tū hic sed alibi declarāda/ quia ista nō sunt presentis inquisitionis. Sed predictis hic presuppositis manifeste patet ꝙ semper inter tales decē reuolutiones ad minus est vna coniunctio maior Saturni etiā Jouis .240. ānoꝝ plures etiā coniunctiones Saturni ⁊ Martis .30. annoꝝ ⁊ alie plurime de quibus supradictū est. Et iste suos habet effectꝰ. Et possunt dictaꝝ reuolutionum significationes citius aut tardiꝰ cōpleri vel debilius aut fortiꝰ secūdum exigentiam huiusmodi coniūctionum vt ex dictis patet. Sciendū est insuper ꝙ sicut ab Alexandro magno vsꝙ ad Machometū notate sunt huiusmodi reuolutiones ita ab Alexādro retrorsum superiꝰ cōputando .300. annos pro .10. reuolutionibus ⁊ ab illis iterū .300. a quo vsꝙ ad Alexandrū fuerūt āni circiter .2199. secundū Alfonsum possent notari post huiusmodi reuolutiones hystorie ⁊ cronice ⁊ vt plurimū circa huiusmodi tēpora in permutationibus sectaꝝ aut regnorū reperietur aliquid notabile contigisse sicut potest patere diligenter cōsideranti ⁊ veraciter calculanti ea que ex hystoriis ⁊ cronicis superiꝰ sunt notata. Ex quibꝰ vnū potest poni exēplum. Nam cōpletis .10. reuolutionibꝰ āte illas .10. que precesserūt Alexādrum magnū cito post secuta est captiuitas Judeoꝝ sub. 41. olimpiade qū Nabugodonosor rex caldeorū Hierosolimis captis templū incendit ⁊ Judeorū regnum defecit vt plenius supra dictū est. Similiter etiam a Machometo citra cōputando vsꝙ ad presens tempꝰ possunt huiusmodi reuolutiones cōsignari/ ⁊ ea que secundū hystorias ⁊ cronicas magis notanda secuta sunt eisdem reuolutionibus applicari quod inferius facere proponimus.

Ed priꝰ considerandū est id quod supra recitauimꝰ post Alexādrū circiter aliis .10 reuolutiōibus cōpletis apparuisse Jesum filiū Marie cū permutatione secte. hoc enim post dictas reuolutiones cōpletas factum fuisse post ānos circiter. 11. manifeste patet quia secūdum Alfonsum ere Alexandri magni ⁊ incarnationis xp̄i sunt āni. 311. mēses .36. dies .2. Unde clare sequit ꝙ Albumasar libro preallegato vbi de his reuolutionibus loquit errauit in hoc ꝙ inter alexandrū ⁊ xp̄m bis .10. reuolutiones numerauit dicēs ꝙ pꝰ apparitionē alexandri ꝯpletis .10. reuolutōibꝰ

doꝫ

apparuit Acelaser filius Belquē qui reddit vicem psis. Et post io. alias revolutiones apparuit Iesus filiꝰ Marie. Nec tamen ex hoc extimandū est ꝙ lex xp̄i ex huiusmodi revolutionibus aut aliis legibus astroꝝ depē deat quo ad ea que divine ꝛ miraculose virtutis sunt/ ꝛ ōmino nature vires excedūt sed ista ad sanū intellectum referenda existunt/ sicut in tractatibus de legibꝰ ꝛ sectis ꝛ de cōcordantia theologie ꝛ astronomie plenius declaravimus. Nec sub silentio transeundū ꝙ circa huius benedicte īcarnationis ꝛ xp̄iane legis tēpora multa notanda cōtingunt ad que predicte coniūctiones ꝛ revolutiones habere potuerūt aspectum. Nā Romanū imperium quod paulo ante Iulii Cesaris tempꝰ inceperat tūc Octaviani augusti succedente imperio incrementū accepit fuitq̧ in maxima prosperitate ꝛ pace iuxta illud evangeliū. Exiit edictū a cesare augusto vt describeret᷑ vniversus orbis sed ꝛ nō multo post tēpore adversarioꝝ xp̄i. i. Iudeoꝝ sub Vespasiano ꝛ Tito facta est mira subversio. Et prius sub Nerone postea vero sub pluribus aliis imperatoribꝰ fuit xp̄ianoꝝ horrenda persecutio que tn̄ quanto maior fuit tāto xp̄iane legi maiora prebuit incrementa.

Adhuc aūt consideratione dignū est id quod de aliis. io. revolutionibus succedentibꝰ addidit Albumasar/ videlicet ꝙ qn̄ ille complete sunt/ ꝛ venit lex que inter Paganos ꝛ Nazarenos est sane que sit ista lex vel secta ex nostris hystoriis ꝛ cronicis nō plene intelligo. Cū inter Paganos quo ad dei cultū nulla sit proprie lex vera sed sola erronea secta ydolatrie que longe ante precessit. verum est tn̄ ꝙ Ysidorꝰ octavo libro ethimologiaꝝ capitulo quinto vbi quot sunt secte hereticoꝝ/ ꝛ vnde nomina acceperūt determinat de nazarenis seu nazareis ista scribit. Nazarei dicti sunt quia xp̄m dn̄m qui nazareus dictꝰ est filium dei confitentur. Omnia tn̄ veteris legis custodiūt. Possumꝰ ergo dicere ꝙ forte hāc sectā aliqui ex paganis secuti sunt. vel ꝙ inter paganos aliquis potens eā servandam suaserit. Vtrū aūt hoc verum sit vel quo tēpore id fuerit ex scripturis certum nō habemꝰ. Idcirco circa hoc nihil affirmare presumimꝰ sed sciendū est ꝙ cōpletis ab Alexandro. io. revolutionibus post annos duos menses tres dies duos venit xp̄s ꝛ a xp̄i incarnatione vsq̧ ad dioclecianum fuerūt anni. 283. menses. 1. dies. 29. Et ita per ānos circiter. 7. ante cōplementum aliaꝝ. io. revolutionū venit diocletianus a quo post ea lex vel secta paganorū quodāmodo roborata ꝛ quasi renovata est ꝑ legis xp̄ianorum persecutionē que ab ipso diocletiano facta esse dicit᷑. Nam sicut recitat Augustinus. 18. libro de civitate dei primā persecutionem cōputant que facta est a Nerone secūdam a Domiciano. A Traiano terciam/ quartā ab Anthonino. A Severo quintam/ sextā a Maximo. A Decio septimā/ octavam a Valeriano/ ab Aureliano nonā/ decimā a Diocleciano/ ꝛ Maximiano. Verum tamen ibi ostendit Augustinus ꝙ ante

nazareni dicti sūt q͞a xp̄m dn̄m q nazarenus dictꝰ ē filiū dei ɜfitēt᷑

Neronem et in xpo et in suis apostolis et discipulis graues persecutiões precesserūt que inter illas. 10. minime numerant̄. Postea insuper Julian9 adeo ecclesiā persecutus est ꝙ xpianos liberales litteras docere vel disce re vetuit. Sed etiam valens supradicti valentiniani frater Arrianus ma gna persecutione per orientis partes catholicam vastauit ecclesiam. Pre terea rex Gothorum in ipsa Gothia persecut9 est xpianos crudelitate mi rabili. Ideo Augustinus improbat illoꝝ opinionem qui dixerūt post il lam decimā persecutionem Diocleciani nō amplius ecclesiā passuram per secutiones vsqꝫ ad tempus antixpi. vnde cōcludit ꝙ nō vr̄ esse diffiniē dus numer9 persecutionum quib9 exerceri oportet ecclesiam. Inter has p secutiones merito fuit numeranda illa Diocleciani persecutio quā in xpi anis crudeliter exercuit. Et forte tūc inualuit illa lex vel secta quam esse apud paganos Albumasar superius designauit

Ed adhuc considerare cōuenit ꝙ sicut idem ait post illā sectam com pletis. 10. reuolutionibus alus venit Machometus videlicet post Diocletianū per annos. 338. vel circiter Cui9 sectam nō solum designaue runt reuolutōnes predicte sed etiā quedam precedēs coniūctio de qua di cit Alkabicius differentia quarta ꝙ inter annū coniūctionis que signifi cauit sectam Sarracenoꝝ. Et inter annū albegera. 1. seditionis vel seducti onis Machumet qui fuit prim9 annus ānoꝝ arabum fuerūt. 72. anni so lares et. 71. dies. Et fuit ascendēs āni cōiunctionis predicte secte signum Geminoꝝ/ et peruenit perfectio eiusdem āni ad Virginē. Primus ergo an nus Machometi fuit prim9 annus arabum et ante ānos arabum transi erant āni xpi. 621. menses. 6. dies. 17. sicut in tractatu de vero ciclo luna ri notauim9. Et in hoc cōcordāt tabule Alfonsi vnde ex his et alus supra dictis patet cuilibet legittime calculanti ꝙ post. 10. reuolutiones predic tas venit Machometus post ānos circiter. 33. Et huic cōcordant ere dio cletiani et ere arabum qui sunt āni. 337. menses. 10. dies 16. secūdum Alfō sum A quibus si subtrahas. 7. ānos quibus ante cōplementū. 10. reuoluti onum Diocletianū venisse diximus remanent. 32. anni perfecti/ et vn9 incō pletus. de his aūt que circa hec tēpora cōtigerunt narrāt hystorie ꝙ fo cas qui imperauit āno xpi. 672. grauissima bella aduersus regem persa rum exercuit quibus Romam fortiter debellati plurimas prouincias et ipsam Hierosolimā diuiserūt. Postea etiam āno xpi. 660. tercio āno im perii eraclii. Cosoroe rex persaꝝ multam partem. 2. p. Romane cepit deua stauitqꝫ Hierosolimā et venerabilia loca incendit/ et multos captiuos in psidem duxit cū precioso sancte crucis ligno sed anno eiusdem eraclii. 12. Cosoroe ab eo interemptus ē et popul9 cum sancta cruce a captiuitate re uocatus. Circa idē tempus Machomet9 propheta Sarracenoꝝ surrexit, et suā sectam perniciosissimā introduxit. Sarracenos vero seu arabes qui hactenus sub regno persarum fuerāt eraclius deuictos Romano subiecit

imperio. Multa quoqʒ magna ⁊ miranda post hui⁹ secte introductionem contigerunt de quibus transeo gratia breuitatis.

Iam vero de septima coniunctione maxima tractandū est quā diximus fuisse. Anno mūdi 6030. A diluuio·3838. vel circiter· Et hec fuit āno post incarnationem xpi. 137. vel prope· Et ante eā circiter p·100· annos incepit secta Machometi per quam postea multa populo xpiano prouenerūt detrimenta de quib⁹ ad hystorias remittim⁹. Circa huius cōiunctionis tempora post illas supradictas. 10. aliasqʒ plures imperatoꝝ ⁊ regum paganorū in xpianos persecutiones secute sunt Alie periculiosiores hereticoꝝ plurimorum ⁊ maxime arrianoꝝ· Ex qua arriana heresi predicta Machometi secta tāqʒ ex radice ramus processit / sicut docent hystorie de quib⁹ heresibus. 18· de ciuitate dei libro ita scribit Augustin⁹ Videns aūt dyabolus templa demonū deseri ⁊ in nomē liberantis medi atoꝝ currere genus humanū hereticos mouit qui sub vocabulo xpiano doctrine resisterent xpiane· Et postea subdit Inimici enim ecclesie quolibet errore censentur vel malicia deprauentur· Si accipiunt potestatē corporaliter affligendi exercent eius pacientiā. Si tantūmodo male sentiēdo aduersantur exercent ei⁹ sapientiā ⁊ multa notanda subiūgit que hic inserere huius operis breuitas nō permittit.

Eo sicut supra promisimus iā deinceps ab illo pseudo pphēta Machometo vsqʒ ad nostra tēpora per supradictas Saturni reuolutiones cōputabimus ⁊ eis notabiliora hystoriaꝝ gesta que illarū contigerūt tēporibus applicare curabimus. Sciendū est igit᷑ ꝙ cōpletis .10. reuolutionibus supradictis que fere. 33. ānis ante aduentū Machometi terminate sunt vt premissum est cōputando ab eoꝝ cōplemento. Pro aliis ·10. reuolutionibus. 300· ānos manifeste patet ꝙ āno xpi· 889· vel circiter he· 10: reuolutiones cōplete sunt. Et hoc fuit post aduentū Machometi p annos. 261· vel prope. Et post predictam cōiunctionē maximā circiter p ānos. 178. ⁊sic illa coniūctio fuit quasi media inter decem reuolutiones predictas .

Circa hui⁹ coniūctionis tēpora vltra que generaliter premisim⁹ aliqua cōtigerunt que specialiter sunt notanda· Nā anno xpi· 701. tempore Sisinnii pape maximū scisma fuit postea papa cōstantinus phm imperatorem denūciauit hereticū eo ꝙ sanctoꝝ ymagines deleuerat deinde tēpore Gregorii secundi Bonifacius epūs gentē germanorū ad xpm conuertit· Hoc tēpore karolus pater Pipini saxones debellat almanos ⁊ sueuos atqʒ barbaros vsqʒ ad danubiū / subegit etiā ⁊ frisones burgundiā ⁊ lotoringiam / sarracenos quoqʒ de transmarinis partib⁹ cū innumerabili multitudine in prouinciā veniētes deleuit· Tēpore Leonis imperatoris cōstantinopoli· 300000· hominū pestilētia perierūt· Eo tēpore gens sarraceno͞ꝝ totam hispaniā occupauit ⁊ cū postea etiam acquitaniā occupare

phm imperatorem denunciauit hereticum / eo quod sanctorum imagines deleuerat
Bonifacius epus gentem germanorum ad xpm conuertit
hoc tempore karolus pater pipini saxones debellat alamanos et sueuos atqʒ barbaros vsqʒ ad danubium // et multa fecit //

300000 hominum perierunt pestilentia eo tempore gens sarracenorum totam hispaniam occupauit

voluisset karolus martellus plusquam .300000 deleuit. Post dictā vero cō iunctionē circa annū .138. cōstantinus quintus filius Leonis imperato ris qui cōtra ymagines dei et sanctorum bellum indixerat paternam impie tatē secutus cōsentiente sibi anastasio cōstantinopolitano falsi nominis patriarcha vocata synodo ymagines xp̄i et sanctorum mandauit deponi et sic ecclesiam dei prosequitur ut etiam vesaniā diocleciani transcendere vi deretur his tēporibus imperator cōstantinopolitanus fere solo nomine im perabat quia in oriente et meridie quasi totū principes sarracenorum occu pauerant a quibus xp̄iani multam persecutionē sustinebant.

Sed de aliis omissis que post dictam cōiunctionē secuta sunt de his prosequamur que cōpletis .10. premissis reuolutionibus saturnalibus cōtigerunt. Igitur circa annū .889. sub formoso papa magnū scisma mul taque alteratio ecclesie fuit ex eius promotione subsecuta. Circa hec tēpora gens hungariorum a Sicilia egressa in pannoniā primitus venit et inde reiectis incolis ibi usque hodie permāsit hec gens illo tēpore adeo inculta fuisse narratur ut carnibus crudis ad cibum/humano vero sanguine uteretur ad potum queadmodum et phalangi faciūt his tēporibus. Arnulphus im perator normānos qui gallia vastata lotoringiam et dardaniā inuadebāt incredibili plaga prostrauit. Tunc cepit regnū Romanorum et dacorū cessa re. qui .40. ānis galliā vastauerunt/ demū idem Arnulphus longa infirmi tate tabefactus nulla medicinali arte potuit adiuuari quin a pediculis cōsumeretur. Cui successit filius eius Ludouicus sed ad coronā imperii non peruenit unde ipse fuit finis imperii quantū ad posteritatem karoli Cul pis exigentibus quia ecclesias quasque patres eorum extruxerant nō fouebant sed potius dissipabant. Postea erepto imperio a francis ytalici ceperunt imperare diuisumque fuit imperiū quia quidē tm̄ in ytalia quidem tm̄ in almania imperabant usque ad Ottonem primū qui utrobique īperare cepit

Post predictas .10. reuolutiones Saturni secute sūnt alie .10. et cōple te anno xp̄i .1189. vel circiter. Circa quod tēpus Innocentius tercius multis bonis operibus gloriosus digne cathedrā petri tenebat. Cuius tēpore a francis et venetis capta est cōstantinopolis similiter innumerabilis sar racenorum multitudo cōtra hispanos veniens ad patriam suā cōfusa rediit his diebus liuonia pro magna parte cōuersa est ad fidē āno vero ponti ficatus sui .14. Rome celebratū est cōsiliū generale pro residuo terre sanc te ubi etiā pro statu vniuersalis ecclesie multa vtilia statuta fuerūt ubi etiā abbatis Joachim libellum quē cōtra magistrum Petrū lombardi cō posuit damnauit. Insuper etiā almarici cum sua heretica doctrina/nō ta men doctrina dicti abbatis Joachim damnata est qui in calabria floruit pluresque libros utiles scripsit. Qui a regibus et principibus requirentibus ab ipso de peregrinatione quā faciebant in terram sanctā predixit quod parum proficerent eo quod nōdum tēpus proficiendi aduenisset. Hoc tēpore

imperabat Fredericus primus qui largus strenuus et facundus in omnibus fuit gloriosus. Tunc rex alapie cepit Edissam ciuitatē que in gen̄ dicit̄ Arachi / francosq̄ ibidē captos aut morte aut seruitute damnauit xp̄ia nosq̄ multipliciter afflixit. His tēporibus Sol diu obscuratus ē fames q̄ valida fuit. Eodem āno captuʒ est sepulchrū dn̄i et eius crux a Sabaldino/sub hoc imperatore sanctus Thomas cantbuarensis in ecclesia sua occidit̄ super cuius morte Henricus rex anglorum postea apud Papā Alexādrum se excusauit excusationēq̄ suam iuramento firmauit. Eodem tēpore floruit Petrus comestor qui hystoriam scolasticā cōposuit huius Pape innocentii tēpore inceperunt duo ordines mandicantiū videlicet fratrum sancti dn̄ici/et fratrū sancti francisci/post quos alii mendicantium ordines multiplicati sunt que res magna et mira fuit in ecclesia xp̄iana in qua prius nec mendica religio nec religiosa mendicitas fuerat approbata. De admiratione caret q̄ circa idem tēpus sub henrico hoc imperatore tradit̄ tartarorum dominiū initiū habuisse qui sub montibus Indie in regione que dicit̄ tartara quasi sub aliarū vicinarum gentium seruitute cōstituti regem fecerūt. Cuius potestas miro et quasi miraculoso modo breui tēpore maxima facta est vt patet in hystoria tartarorū vnde factū est vt cito post sub Frederico secūdo imperatore qui ab augusto primo nonagesimusquintus fuit gens illa tartarorum occupatis orientalibus et crudeliter subactis in duo agmina se diuidens hungariam et poloniam intrauerunt vbi nobilibus vulgaribusq̄ tam viris q̄ mulieribus in ore gladii exterminatis sic terras illas maxime hungariā redigerūt in solitudinē vt pre fame valida humanis carnibus vescerent̄ et pleriq̄ puluere cuiusdā mōtis pro farina vterentur.

Ed alias res mirabiles ac miserabiles hic omittimus quas euenisse cōstat vsq̄ in presentē annū xp̄i.1489. ante cōplementum aliarum .10. reuolutionum quod erit āno xp̄i.1789. vel circiter solū enim contenti sumus aliquid dicere de his que nostro tēpore hucusq̄ facta referunt̄ maxime a tēpore cuiusdā cōiunctionis trium superiorum planetarum Saturni Jouis et Martis de qua in alio tractatu diximus quod fuit āno xp̄i.1365 die marcii.19.in.28. gra. Aquarii vel prope cui proxime fuerūt alie due coniūctiones Saturni et Martis vna post et alia ante vna fuit āno xp̄i .1314. die mensis aprilis.31. in Cancro gradu.6.mi.8. Alia fuit.1371. die mensis iunii.2. in Cācro gra.17.mi.28. He coniūctiones secūduʒ astronomos magnos habuerūt effectus et precipue illa trium superiorum que secundum eos signauit aquarum diminutionem et victualiū defectum et ex consequēti pestilentiā sicut postea docuit experientia vnde post eā secuta ē mortalitas quasi vbiq̄ terrarū que per excellentiā magna vocat̄. Quia nulla tāta vix fuisse legitur. Ipsa quoq̄ multorum aliorum malorum cā fuit quorum hucusq̄ remanent vestigia. Ego siquidē per.7. circiter ānos post dictā.

contūctionem nat⁹ sum. Nec huiusmodi tēporis mala enarrare sufficerē pestes clades prelia seditiones mirādosq; ac miserādos casus nō solum ciuitatū ꝛ populorum sed ꝛ regū ꝛ principum inter que mala nō est silen dum hoc horrendū scisma quod ab ānis. 36. vsq; hodie perseuerat.

b Vius aūt occasione scismatis de aliis etiā scismatibus ecclesie bre uiter aliquid dicendum est/ vnde a quibusdā. 22. scismata fuisse nu merātur preter alias intrusiones ab imperatoribus ꝛ populo Romanis factas expulsis de Roma veris pontificib⁹ summis. Primū itaq; scisma fuit inter Cornelium ꝛ Nouacianū. Secūdum fuit inter liberium ꝛ felicē Tercium fuit inter damasum primū ꝛ vrsinum. Quartū inter bonifacium primū ꝛ elialium presbiterum. Quintū inter symachum primum ꝛ laurē tium. Sextū inter sisinum ꝛ discorū. Septimum inter stephanū tercium ꝛ constantinū/ quod scisma si bene cōsideret᷑/ multum simile presenti scisma ti reperit᷑. Octauum fuit inter gregorium secūdum ꝛ sisinum. Nonum in ter leonem quintū ꝛ xp̄oforuz presbiterū. Decimū inter ioannē duodeci mum nobilē Romanū ꝛ leonē octauū. Vndecimū inter gregorium quintū ꝛ ioannē placentinuz. Duodecimū inter benedictuz quintū ꝛ leonē predic tum. Decimūtercium fuit tēpore benedicti octaui. Decimūquartum tēpore benedicti noni. Decimūquintuz inter alexandrū secundū ꝛ cadulum ep̄m parmeñ. Decimūsextum inter gregoriū septimum ꝛ anthoniū vel guibertū rauenneñ qui clemens dictus est. Decimūseptimum fuit tēpore paschalis secundi. Decimumoctauuz inter gelasium secundū ꝛ burdinum hispanum Decimūnonum inter innocentiuz secunduz ꝛ petrū leonis. Vicesimum in inter alexandrum terciū ꝛ quattuor scismaticos. Vicesimūprimuz fuit tē pore ludouici de bauaria qui contra ioannē papā. 22. fecit antipapā petrū de corbario ordinis minoꝝ a quo suscepit coronā īperii. Vicesimūsecun dum est presens scisma quod pei⁹ est ꝛ magis induratum quolibet prece dente nullumq; tā diu perseuerasse legit᷑.

Ed mirandu z stupendūq; nimis est q̄ ad huius exterminationē scis matis sepe ꝛ multuz multifarie multisq; modis laboratuz est ꝛ tan dē licet tarde propter hoc celebratuz in ciuitate pisana solēne consilium generale nec tñ adhuc istud monstrū extirpari voluit. Quapropter iteꝝ decretum est anno hoc sacrum consiliuz congregandū in ciuitate constan tie prouincie maguntineum vbi rex Romanoꝝ ꝛ hungarie promisit inter esse. Et nihilomin⁹ secundū aliquos astronomos prenosticatuz est ex fi gura celi anni presentis q̄ retrogradatio Jouis in primo principio āni in prima domo significat destructionē religionis ꝛ pacē in ecclesia adhuc nō firmari sed deus est ille vere sapiens qui sol⁹ dn̄atur astris. Cui⁹ sin gulari auxilio huic ml̄o ouenie ns poterit adhiberi remediū alioquin for midanduz ne istud magnum scisma quod esse debet preābuluz aduentus antixp̄i de quo multa scripserūt sancta hildegardis ꝛ venerabilis abbas

scismate/22/ ī certa p̄t alias ītrusiones ab īp̄atorib;

scisma 21 fuit tp̄e ludo[illegible] [illegible] [illegible] fecit antip[illegible] [illegible] de corbi[illegible]

hoc anno sacrū ↄsiliū ↄgregādū ī ciuit constantie [illegible] rex hūgarie p̄misit ī[illegible]

abbas Ioachī

Ioachim ꝛ quidã alii qui futura ecclesie mala quasi prophetice preuide runt de quo scismate ipse apostolꝰ Paulus ubi de aduentu antixp̄i loqui tur antea prophetasse videt᷑ dicens illuz nõ esse venturũ nisi venerit dis sentio/primum ꝛc̃. quod exponunt sapientes de dissentione.i. scismatica diuisione vel subtractione obedientie Romane ecclesie seu Romani impe rii sed de his ista sufficiant.

Am vero de octaua maxima coniũctione loquamur quã futuram esse diximꝰ si deus voluerit Anno ab inicio mũdi.10ꝑ0. A diluuio .ꝑ198. vel circiter ꝛ post illã erit cõplementum. io. reuolutionuz saturna liũ Anno xp̄i.1189. Et hoc erit post dictã coniũctionẽ per annos.91. vel prope ꝛ inter dictã coniunctionẽ ꝛ illud cõplementum dictaꝝ. io. reuolu tionũ erit status octaue spere circiter per ãnos.27. quod sic patet quia sta tus octaue spere erit ãno.ꝑꝑꝑ. post situ augiũ que secundũ tabulas astro nomicas sunt adequate ad annũ xp̄i.1320. perfectuz. ꝛ ideo ãno xp̄i.116ꝑ quibus annis si addas.27. fiunt anni.1189. quos prediximꝰ vnde iterum patet ꝙ ab hoc ãno.1ꝑ1ꝑ. vsqꝫ ad statũ octaue spere erũt anni.273. perfec te vel precisius ãni.272. vltimo imperfecto quia ãno xp̄i. 1167. diebus .136. cõpletis erit statio motꝰ accessus ꝛ recessus ꝛ habebimus pro motu eius medio.30.gr̄a. vt patet infra tractatu.30. capitulo.36. his itaqꝫ pre suppositis dicimus ꝙ si mundus vsqꝫ ad illa tẽpora durauerit quod so lus deus nouit multe tunc ꝛ magne ac mirabiles alteratõnes mundi ꝛ mu tationes future sunt ꝛ maxime circa leges ꝛ sectas. Nã cuz predicta con iũctione ꝛ illis reuolutionibus Saturni ad hoc cõcurret reuolutio seu re uersio superioris orbis id est octaue spere per quã sicut ꝛ per alia premis sa cognoscit᷑ sectaꝝ mutatio vt in principio huius tractatus notatũ est. Et sicut plenius notauit Albumasar libro de magnis coniũctionibus tra ctatu secundo differentia vltima circa finẽ.

si mũdꝰ vsqꝫ ad illa tp̄a durauerit solus deus nouit multe tunc et magne ac mirabiles alteratões mũdi et mutatões future sũt et maxime circa leges et sectas

nota quod adam creatus fuit die veneris feria sexta i etate anorum trigita quo die inclusus fuit ex paradiso i agro damasceni q̄ est hierusalē ut i isto 1327 [illegible] quo die fuit p̄ coniunctionē reali post hor 18 q Adā i eadē die creationis sue i vespere vidit p̄ noua lunā ⁊ i sequēti sabbato incepit primū cicliū lunarem / ⁊ [illegible] sex diebȝ [illegible] vocat eorū annū vanitatis vel ymaginatū q antea [illegible] precesserat ·/

7 in crastino incepit. 29. prime reuolutionis siue primi cicli lunaris. Hoc aūt ꝙ pro sex diebus vltimis totum vnū ānum ymaginātur notabile ē qm̄ pro regula habēt ꝙ in cōputando ānos quos semper a certo mēse in cipiunt pro vno tātum die alterius āni totum ānum ponūt i numero vt si quis regnauerit die alicuius āni sequēti anno dicatur duobus ānis re gnasse. Isti ergo ponūt quod Luna fuit creata Soli cōiuncta 7 ꝙ prima mundi creatio fuit in septembri vʒ. 21. die huius mensis vbi scribim⁹ fe stum sancti Mathei. sed etiam Vicētius in speculo parte prima. In pri cipio dicit ꝙ Arabes 7 Egiptii incipiūt ānum a septembri quia in crea tione mundi legūtur arbores fructum habuisse. Alii aūt ponunt mūdum incepisse in octobri. Et hoc probare nitit᷑ Bacon in epistola ad demētem papam vbi loquit᷑ de principio mundi inducēs textum scripture exodi . 23. 7. 28. capl. vnde cōcludit ꝙ nō est dubium quin secundū ordinem tē porū naturaleʒ principiū mundi fuerit in lunatione octobris. Et hoc vt dicit astronomi orientales egiptii greci 7 perse 7 quasi omnes cōsiderāt qui a patriarchis 7 prophetis habuerūt astronomiam. Et licet Moyses constituerit āni principium in aprili quantū ad inicia solemnitatū vt di cit Josephus tamen in aliis obseruauit principiū mundi 7 āni in octobri Alii aūt dicunt principium mūdi fuisse in aprili vʒ in equinoctio verna li 7 hec est cōmunior opinio vt statim dicetur.

Notandū ergo ꝙ cōiter astronomi docent resoluere ānos ab origine mundi ab introitu Solis in Arietem. Et in hoc concordant antiqui astrologi vt Albumasar vt allegaui verbo. 19. tractatus predicti. Simili ter Haly Abenragel libro octauo capitulo. 37. dicit ꝙ inuentū est i libro cronicaꝝ mundi ꝙ signum mūdi est Aries 7 planeta ei⁹ Sol in ascendē te eius est Cancer 7 Jupiter i eo. Et concordat maior pars theologoꝝ 7 cō potistaꝝ ꝙ mundus fuit creat⁹ in vernali equinoctio 7 vsus ecclesie tenet principium seculi tunc fuisse Concordant in hoc Ysidorus ethimologia rum Rabanus magister hystoriaꝝ Seruius super georgica Vincentius in speculo hystoriali Joannes de sacrobusco linconiēn 7 plures alii. Vn de patet quod apud ecclesiā catholicam hec opinio cōmunior est 7 proba bilior estimatur. Si vero queratur cur antiqui astrologi reuoluebant an nos mūdi ab introitu Arietis. Et quare iniciū signoꝝ ibi esse voluerunt cū in circulo nullum principiū esse videat᷑. Respondetur ꝙ secūdum ꝙ di cunt Julius Firmicus libro tercio in principio 7 Macrobius sup som nio scipionis circa medium vbi agit de principio mūdi ꝙ incipiens die isto qui primus oīm luxit Inuenim⁹ medium celi in Ariete esse positum quia super medium celi in omnib⁹ genituris possidet principatum. Et qꝛ medium celi quasi vertex esse dicit᷑. Et quasi mundi caput in exordio lucis apparuit. Et quia ex hoc loco toti⁹ geniture fundamenta colligim⁹ oportune ex hoc signo iniciuʒ oībus signis datū est presertim cū maxima

Marginal manuscript notes:

ebrei ponūt ꝙ luna fuit cāta soli giūta 7 ꝙ cātus fuit mūdus 21 sept

arabes 7 egipti icipiūt ānū i sept

Bacho scibit ad clemētē papā ꝙ sine dubio mūdus cāt⁹ fuisse i lunac octobris

Moyses incipit ānū i aplē ꝓp solēpnitates tn̄ dixit obsuare ānos mūdi i octobr

cōmunior opinio ē ꝙ fuit cātus i aple i ꝓputo A. sol existente

ad inueniendū ānos ab origine mundi

pars stellarum et ambo lunaria radios suos in hoc signum miserũt. Et ĩ hoc ↄcordat Albumasar tercio maioris introductorii differẽtia quinta ĩ principio. Licet aũt hec opinio aliis probabilior videat᷑ tamen non est certa sed apud multos sapiẽtes sub dubio relinquit᷑. Et huic sententie nõ discordant ea que dixi verbo. 18. tractatus supradicti.

Super verbo. 19. eiusdem tractat⁹ vbi secũdum vnam opinionẽ tẽptaui describere figurã seu faciem celi in principio mundi hic aliqua volo tangere dubia ↄsideratione digna. Primũ ẽ ꝙ sicut in eodẽ tractatu notaui secũdum varias opiniones de principio mundi varie essent describende huiusmodi figure. Secũdum dubium est quia etiã presupposita cõmuniori opinione ꝙ mundus creat⁹ sit in equinoxio vernali illi qui hoc ponunt nõ ↄcordant in figura celi. Et hoc patet multipliciter primo quia secũdum aliquos astronomos aliqui sunt gradus in signis zodiaci qui dicunt᷑ domus planetarum quia sub illis planete dicunt᷑ fuisse creati. Et sequendo hanc opinionẽ in dicta figura positi sunt planete ĩ domibus suis preter Solem et Lunã. Sed secũdum alios videt᷑ ꝙ eadem ratione õnes deberent poni in domibus suis. Cur enim tam varie ꝙ sic ponantur aliqui et nõ alii/ secũdo quia ibi nõ ponitur Mercurius sicut planete alii in domo sua principali vz in Virgine quia nõ potest tantũ distare a Sole sed secũdum aliquos ↄsimili ratione/ nõ debet ibi poni in Geminis quia Mercurius nõ potest distare a Sole vltra. 23. gradus. Et ideo deberet ibi poni in Tauro vel in Piscib⁹. Et remanet dubiũ in quo illorum signorum et in quoto gradu. tercio Jupiter ponit᷑ ibi in Sagittario vel secũdum aliquos debet poni in Piscib⁹. Sed vt in precedenti capitulo dictum est Haly ponit ꝙ ascendẽs mũdi est Cãcer et Jupiter in eo. Et ĩ hoc Albumasar videt᷑ ↄcordare et ideo premissa figura nõ est totaliter secundum eum quantũ ad situationẽ planetarum. Quarto aliqui recitant et hoc dicit doctor anglicus ꝙ ismaelite et caldei dicunt Solem in prima parte Arietis esse creatum. Saturnũ in prima parte Capric. remotũ a Sole. 90. partibus. Jouem in prima parte Sagitta. remotũ a Sole. 170. partibus. Martem in prima parte Scorpionis remotũ a Sole. 30. partibus. Mercurium in prima Geminorum remotũ a Sole. 60. partibus. Lunã in prima Cancri remotã a Sole. 90. partibus. Et secũdum hanc opinionẽ discribẽda est figura celi lõge aliter quam ibi posui/ vnde ex predictis patet ꝙ in dicto tractatu merito dixi quia valde difficile est huiusmodi figurã certitudinaliter describere et in fine eiusdẽ cõclusi ꝙ de hoc et aliis ↄcernentibus scripseram ibi nõ diffinitiue determinãdo sed disputatiue inquirendo ista reseruans examini peritorum.

Super verbo. 20. et vltimo tractatus predicti hic signãter notãdum est ꝙ sicut iam supra tetigi falsa est opinio quam ibidẽ recitaui que ex premissa figura celi nitit᷑ primã ↄiunctionẽ maximã a priori ↄcludere

Sol fuit ĩ ari … S. in cap. J. in Sag. M. in Scor. Merc. in Gem. Luna ĩ cãcro

ff

a cõsequenter alias coniũctiones maximas consignare. Et hoc patet mul tipliciter primo quidem quia fl̃a est deductio qua ibi cõcluditur ꝙ pria coniũctio maxima fuit anno ab origine mundi. 320. vel circiter. Nam si hoc esset verũ tunc sicut ibidem cõcluditur fuisset vna maxima cõiunctio ante diluuiũ per. 2. ãnos vel circiter. Hoc aũt esse nõ potuit sicut in prio capitulo presentis tractat9 sufficienter probatum est. Similiter vt ex de ductione eiusdẽ opinionis patet fuisset vna coniunctio maxima ante xpi incarnationẽ ãnis ciciter. 227. Et vna alia post incarnationẽ annis. 137 vel prope sicut ibidẽ dicitur sed hoc nõ videtur possibile quia sicut i du odecimo capitulo presentis tractatus dictũ est post incarnationẽ anno . 73. fuit vera cõiunctio maxima a hec nõ potuit distare a ɔiunctione me dia sibi correspondente per tot ãnos sicut vni vel alteri illaꝝ duarum as signant. Ex quibus patet ꝙ loquẽdo de cõiunctionibus mediis q̃ dicũt fieri i. 960. ãnis. ille. 8. ɔiunctiões maxie q̃ ibidẽ ɔsignate sunt a etiã i trac tatu de ɔcordia astronomie a narrationis hystorice nõ habent veritatẽ vbi aũt huiusmodi coniũctiones medie veraciter debeant cõsignari pro pono inferius declarare si deus mihi concedere voluerit.

Ed prius aliqua notare volui super tractatu predicto de cõcordia astronomie a hystorice veritatis vz super primo capitulo vbi leui ter tetigi de reuolutionib9 saturnalibus que fiunt in. 30. ãnis secundum Albumasar a de reuolutionibus magni orbis qui secũduz alios astrono mos fiunt in. 360. ãnis. Et dicam etiã aliqua super. 81. capitulo a aliis sequentib9 vsq3 ad. 60. In quib9 de dictis reuolutionibus saturnalibus satis diffuse tractaui. Super his igit' notandũ est ꝙ de predictis reuolu tionibus saturnalib9 pauci astronomi preter Albumasar cõsiderant aut per eas indicant. Et vnde illã considerationez habuit vel vbi has reuo lutiones cõputare inceperit causam inuenire nõ potui nisi ꝙ sicut aliqui dicunt si sciret' aliquis magnus effectus saturnin9 ab illo tunc posset in cipi huiusmodi saturnina reuolutio sed istud est debile fundamentuz. Et ideo astronomi cũmunius a verius indicant per reuolutiones orbis ma gni que propinque sunt in numero annoꝝ ad dictas reuolutiones. Quare de illis hic aliquid dicere expediens iudicaui.

Ciendum est ergo ꝙ antiqui phi dixerunt a experientia docuit ꝙ si gna a planete dominãtur orbibus successiue id est vnũ signũ a vn9 planeta regunt mũdum vlr per. 360. annos a hoc temporis spacium vo cant orbem magnũ vnde Leupoldus tractatu. 7. summe sue vbi breuiter enumerat ea per que sciũtur generales a maiores mũdi alterationes. Inter illa ponit ꝙ sciũtur per duos orbes cõtinentes. 360. annos a per signa do minantia in cõiunctione diluuiũ significante. Omnes aũt astronomi cõi ter dicũt ꝙ in cõiunctione significante diluuium que ipsum precessit per . 319. ãnos incipiebat nou9 orbis. Et hoc ponit Aomar in fine libri sui de

natiuitatibꝰ allegans ad hoc Arofaxt. Et dicit ꝙ illi vrbi pfuit Saturnꝰ cum signo Cancri. Et cócordat in hoc Albumasar primo de coniunctionibꝰ magnis differentia prima. Nota ꝙ ibi dicit henricꝰ de machlinia ꝙ Albumasar magnā facit vim de signis vrbium ⁊ dominus eoꝝ necnon de cósequentibus ad hoc. Et quia huiusmodi rei fundamentū consistit in verificatione numeri annoꝝ coniūccionis significantis super diluuiū ideo diligenter considerat per tabulas ad meridiem mechlinie cōpositas quas ipsemet correxerat vtrū euenerit illa coniunctio per.3978. ānos ante ānum coniunctionis significantis super sectam arabum ⁊ reperit in illo āno Saturnum a Joue distare quasi per.x. signa quapropter corruptū esse iudicauit numerū quem ibi ponit Albumasar ideo approbando numerū quem ponit Adnar libro de natiuitatibꝰ dicit quod respexit ad ānos.3971. ante coniunctionem significantē sectam arabū ⁊ inuenit quesitum ⁊ ibi mirabilē modum coniunctionis ad illud tēporis inuenit de quo supra circa primuꝫ capitulū. Nisi ꝙ ipse ponit dictam coniunctionem precessisse diluuiuꝫ per .231.ānos/sed opinio Adnar est cōmunior vt in capitulo primo huius tractatꝰ dictum est. Si ergo illi.279.āni ab illa coniūctione vsqꝫ ad diluuium addant᷑ annis a diluuio vsqꝫ ad xp̄m qui sunt āni.3101.dies.318.secūdum Alfonsum resultant a dicta coniūctione significante diluuiū vsqꝫ ad xp̄i natiuitatē anni.3380.9.diebus predictis. Quos annos si dimiserimus p.360. ānos q̄ sunt quātitas vnius orbis fit numerꝰ quotiens.9.⁊ remanent āni.140 indiuisi. Cū ergo in coniunctione significāte diluuium īcepérit nouus orbis cui prefuit Saturnus cū signo Cancri vt dictum est Ex hoc manifeste sequit᷑ ꝙ orbi in quo christꝰ fuit natus pfuit Mars cū signo Arietis. Et ꝙ ānus natiuitatis christi fuit.141.ānus.10.orbis a coniūctione significāte diluuiū sicut patet legittime calculanti distribuendo planetas ⁊ signa illis.10.orbibus.

X predictis quidam inferūt ꝙ falsa est opinio quam cōposuit Doniton vꝫ ꝙ primo orbi a principio mūdi dn̄abatur Aries tāq̄ circuli principiū. Et Sol pre aliis planetis ꝙ oēs alii planete nitūtur motu Solis hoc fundamēto presupposito dicit vltra ꝙ ad talem reuolutionem signoꝝ quolibet distributo annorum.360 pro vno orbe magno necessario requirūtur anni solares equati.4320. Et tot esse debuerūt vt ipse ait ad hoc ꝙ incarnatio christi correspōderet primi hoīs creationi. Si igit᷑ diuidamus.4320.per.12.nihil remanebit ⁊ per ↄsequēs perficietur seu dn̄abūtur orbi īcarnationis ⁊ similiter passiōis christi signū Arietis/⁊ Jupiter fuit prelatus si per.7 planetas distribuerimus. Si aūt his.4320.annis vsqꝫ ad īcarnationem addamus.33.ānos quibus fuit christus ī carne fiēt .4353. vsqꝫ ad passiōem quos si diuidamus per.19.remanēt.2.⁊ sic erit annus passiōis.29.ānus cicli decēnouenalis ſꝫ hec opinio est ↄtraria cōiori opinioni de annis ab origine mūdi vt patet ex supradictis similiter eius

fundamētum est ɔtra cōmunem opinionē astronomoꝝ de magnis orbibus de quibus in precedēti capitulo dictum est ideo aliqui eam reprobāt dicētes cōi opinioni astronomorum esse credēdum.

Ed quātum ad istud fundamētum magis occurrit dubietas. Nam huic opinioni ɔcordare videtur dictum Haly ꝛ etiam Albumasar vbi supra allegatum est quia dicūt ꝙ signum mūdi est Aries ꝛ planeta eius Sol ꝛ in ascendēte eius est Cancer ꝛ Jupiter i eo. Similiter Albumasar ponit vt supra dictum est ꝙ ab Adam vsq ad diluuiū fuerunt anni itegri. 2228. A quibus si subtrahamus ānos qui fuerūt a ɔiunctione diluuii vsq ad ipsum diluuiū remanēt anni. 1981. ab Adam vsq ad coniūctionem predictā Jn hoc aūt annoꝝ spacio nō fuerunt nisi quinq magni orbes cū aliquibus ānis qui nō complent quintū orbem quod sic patet. Nam si. 1981. diuidam⁹ per. 360. erit numerus quotiēs. 5. ꝛ remanent anni indiuisi. 181. Ex quibus sequit᷑ ꝙ secūdum illam cōmunē astronomorum opinionē in principio mūdi non incepisset magnus orbis quod videt᷑ incōueniens. Et hoc tamen nō sequeret᷑ secūdum aliam opinionem ꝑdictam vnde patet ꝙ magna est in his astronomoꝝ opinionibus dubietas ꝛ modica certitudo. Et hoc auget iterū deficultatem in descriptione figure celi a principio mūdi. Ex quo vlterius sequitur ꝙ valde difficile est vel forte impossibile ex prima figura celi ānos ab origine mundi per viam a priori veraciter calculare. Nam si hoc fieri potuisset nō est verisimile ꝙ periti astronomi istud facere neglexissent.

Remissis dubiis nō obstantibus expediēs vr̄ sequendo cōem opinionem astronomoꝝ orbem magnū in quo nūc anno xp̄i. 1414. sum⁹ inquirere. Notandū ergo ꝙ anno christi. 1365. quo fuit illa tercia planetaꝝ ɔiunctio de qua supra dictū est vsq ad annū imperfectū adiunctis annis. 279. qui fuerunt a cōiunctione significāte diluuiū vsq ad diluuiū ꝛ deinde adiunctis annis qui fuerūt a diluuio vsq ad annū predictum perfecti fuerunt in toto anni. 4325. sicut patet ex sn̄ia aucaꝝ libro suo de magnis reuolutionibus. Nam secundū euꝫ āni a diluuio vsq ad christū fuerūt. 3102. ꝛ hoc idem dicit Dointon. Cū tamen secūdum Alfonsum fuerint āni. 3102. ꝛ dies. 318. vnde videt᷑ ꝙ computando istos dies ꝛ omnes alias fractiones que resultant in illo tēpore ɔuenienter superaddi potest vnus integer ānus sup duos ānos positos ab Alfonso. Si ergo illis. 3102. ānis addantur. 279. anni a ɔiunctione diluuii vsq ad diluuiū ipsum ꝛ similiter. 1344. āni a christo vsq ad predictum annū. 1345. imperfectū fiunt in toto āni predicti. 4725. Ex quibus patet secūdū Aucap ꝛ Aomar ꝙ predicto anno christi. 1345. imperfecto peruenit signum magni orbis ad Leonem ꝛ dn̄s eius orbis de planetis fuit Luna. Et gradus aūt ad quem peruenit directio vel diuisio fuit. 16. Tauri ꝛ eiusdem diuisor fuit Saturnus sicut patet deducenti secūdum astronomorum doctrinam. Et

dominabit istud signum Leonis ꝛ iste planeta scilicet Luna vsq; ad ãnos domini perfectos. 1679. Et tunc erũt. 18. reuolutiones magni orbis perfecte. Et incipiet. 19. reuolutio Cui dominabit᷑ Saturnus cũ signo Virginis ꝛ proportionabiliter diuidi possunt orbes magni a principio mundi. vt patebit.

Via ergo astronomi in suis iudiciis multũ cõsiderant ad orbes magnos ideo oẽs hic distinguere volui quia ad eos aptari poterũt multi magni ꝛ notabiles effectus ꝛ mirabiles mutationes de quibus scripsi in tractatu de ↄcordia astronomie ꝛ narratõnis hystorice. Ex predictis igitur colligere possumus ꝙ a principio mũdi non fuerunt nisi. 18. orbes magni completi vz. 7. ante illam ↄiunctionem que significauit diluuium Et post eam. 11. vsq; ad orbem magnũ sub quo sum⁹ de presenti. Prim⁹ itaq; orbis ↄpletus incepit ãno a principio mũdi. 148. secũdum cõputatione Albumasar de qua supradictũ est/ sed secundũ ↄputationẽ Eusebii que cõlor est secundum quã hic ãnos vsq; ad diluuiũ prosequar incepit ãno. 168. quia Eusebius ponit. 16. ãnos plusq; Albumasar a principio mũdi vsq; ad diluuiũ. Et quia null⁹ preter Josephum ponit tot annos ante principiũ dicti primi orbis qui possent facere vnum orbẽ completũ ideo ille ponit᷑ primus/ quia nullus precessit qui habuerit principium in re sed solum in ymaginatione sicut supra dictũ est de ãno primo reuolutionis lunaris quẽ hebrei ponũt solum fuisse in ymaginatione exceptis. 6. diebus vltimis. Similiter ergo assignari posset vnus magn⁹ orbis q̃ nõ fuisset in re sed solũ in ymaginatione exceptis. 163. ãnis vltimis/ sed illũ nõ pono primum quia nõ habuit realiter principiũ nec integraliter ↄplementuz illis tamẽ ãnis. 163. predictis prefuit signũ Capric. ꝛ de planetis Jupiter. Et ↄsequenter primo orbe cõpleto prefuit signũ Capric. ꝛ de planetis Mars ꝛ sic successiue distribuendo signa ꝛ planetas secundum ordinẽ/ vnde secũdus orbis magnus incepit ãno a principio mũdi 728. cui prefuit signum Pisciũ ꝛ de planetis Sol. Tercius incepit anno 888. Cui prefuit Aries ꝛ Venus. Quartus ãno. 1288. Cui prefuit Taur⁹ ꝛ Mercurius. Quint⁹ ãno. 1608. Cui Gemini ꝛ Luna. Sextus ãno. 1968 vbi fuit ↄiunctio que signauit diluuiũ cui orbi prefuit Cancer ꝛ Saturnus. Septimus anno. 2328. cui Leo ꝛ Jupiter. Octauus anno 2688. cui Virgo ꝛ Mars. Non⁹ ãno. 3048. cui Libra ꝛ Sol. Decimus ãno. 3408. Cui Scorpio ꝛ Venus. Vndecim⁹ ãno. 3768. Cui Sagittarius ꝛ Mercurius. Duodecim⁹ anno. 4128. Cui Capricornus ꝛ Luna. Decimustercius ãno. 4488. Cui Aquarius ꝛ Saturn⁹. Decimusquartus anno. 4848. Cui Pisces ꝛ Jupiter. Decimusquint⁹ anno. 5208. que fuit. 10. orbis a cõiunctione diluuii sub quo natus est christ⁹ ãno eiusdem orbis. 191. Cui orbi prefuit Aries ꝛ Mars vt supra dictũ est. Decimussextus orbis incepit ãno. 5568. cui Taurus ꝛ Sol. Decimusseptimus ãno. 5928. Cui Gemini

ꝛ Venus. Decimusoctauus anno. 628x. cui Cancer ꝛ Mercurius. Decimusnonus que nunc currit ãno christi. 1919. ꝛ nõdum est cõpletus incepit anno. 6689. Cui preest Leo ꝛ Luna. Vicesimus incipiet ãno. 7009 Cui preerit Saturnus ꝛ Virgo. ꝛ hoc erit anno christi. 1679. vt dictũ ẽ. Ex predicta magnoꝝ orbium calculatione manifeste ↄcludit᷑ verificatio cõputationis Eusebii ꝛ suoꝝ sequatiũ de annis mũdi vsqꝫ ad diluuium sed nõ de annis a diluuio vsqꝫ ad christũ. Et cum ipẽ ponit a principio mũdi vsqꝫ ad christum ãnos. 7199. subtractis. 2242. quos ponit ante diluuium remanent secũdum eum a diluuio vsqꝫ ad christum anni. 2971. sed secũdum predictam orbiũ calculationem a principio mũdi vsqꝫ ad christum sunt anni. 7344. A quibus deductis annis. 2242. vsqꝫ ad diluuium remanẽt a diluuio vsqꝫ ad christũ anni. 3102. secũdũ Alfonsum vt supra dictum est. Et ista calculatio que verior reperit᷑ excedit computationẽ Eusebii de ãnis. 131. Et in hoc corrigenda est ↄputatio Eusebii ꝛ Bede quã cõiter sequitur ecclesia sicut conclusi in dicto tractatu de concordia theologie ꝛ astronomie. Et de his hec sufficiant.

Ed iam ad cõiunctiones maximas redeamus ꝛ primo aliqua de eoꝝ significatione dicamus. Sciendũ itaqꝫ ꝙ phi ꝛ omnes astronomi ↄcordãt ꝙ p tres planetas superiores Saturnũ Iouem ꝛ Martẽ ꝛ eorũ ↄiunctiones ꝛ oppositiones ꝛ aspectus significant᷑ ꝛ fiũt magni ꝛ vniuersales effectus In mũdo mali quidam effectus per Saturnũ ꝛ Martem. Boni aũt per Iouem per Saturnũ aũt propter nimiam sui frigiditatem ꝛ tarditatem motus sui atqꝫ sui elongationẽ a nobis affectus mali et diu valde durabiles per Martem vero propter sui nimiam siccitatẽ ꝛ velocitatem sui motus effectus mali et venenosi ac pũgentes et cito recedẽtes Cõplexio aũt Iouis ex calido ꝛ humido cõueniens omni vegetabili effectus bonos et ↄuenientes in medio modo durabiles hꝫ influere. Vnde a coniũctionibus magnis istoꝝ planetaꝝ ꝛ eoꝝ applicationibus procedẽdũ est ad scientiam magnoꝝ accidentium in mũdo secundum sententiam Ptholomei in centiloquio verbo. 63. Et hec est intẽtio Haly parte octaua capitulo primo et omnium alioꝝ. Et ibidem dicit Haly ꝙ pro sciẽdis rebus generalibus omniũ generum ꝛ mũdo hoc scit᷑ ab ascendentib⁹ cõiunctionũ vel preuentionũ que fiũt ante introitum Solis in Arietẽ et ab ascendente reuolutionis eiusdẽ et ab ascendente proprioꝝ cõiunctiõis planetaꝝ antecedentium ipsam reuolutionẽ. Et a loco Lune in reuolutione et in cõiunctione planetaꝝ ac etiam in ↄiunctione et oppositione p̃dictorum/ et a locis oppositionis et cõiunctionis et ab ascendẽtibus et ãnis cõiunctionum maioꝝ. Que si omnia salua fuerint significant saluationẽ et si impedita significant damnationẽ. Et secũdum Haly ibidem accidentia terremotuũ et diluuiorum habent᷑ a significationibus Saturni et qñ eius radii fuerint in signis aqueis vel terreis et ipse habuerit dominium

in reuolutione et in radice vel Luna infortunata ab eo. Quare in talib9 iudiciis necesse est ad radicem deuenire quia teste Ptholomeo in centilo quio verbo .68. quando quis loquit de coniunctione minori radicem scire debet a qua procedit videlicet coniunctionem mediam et cõsequenter maiorem et deinde maximam. Maior enim coniũctio dat significationes coniunctas et alie minores diuidunt illas. Et hec est intẽtio Haly vbi supra quã do de radice sciendo loquit. Sic ergo primo scire oportet radices et cõsequenter ad magis particularia descendere. Ex quibus patet q absq con sideratione magnaꝝ coniũctionum nõ debet fieri iudiciũ magnoꝝ effectuũ futurorum mũdum vniuersalem mutantium et diu dominabilium vnde signata reuolutionum ãnualium nõ sunt fortia sed transitoria et annum suũ nõ excedentia nec mũduz vniuersalẽ imutantia/quia in eis alie et alie sunt figure et dispositiones celestes planetaꝝ et stellarum in diuersis climatibus et regionib9. Considerandum est etiã q teste Haly parte octaua capitulo sexto aliquãdo oppositio quorũdam planetarum etiã superiorũ deterioris est significationis q̃ eoꝝ coniunctio ac magis durabiles et firmiores effectus significat. Considerandũ insuper q effectus magnaꝝ coniunctionũ sepe multum diu postea subsequũtur sicut supra patet de coniunctione diluuiũ significante et de coniũctione significante legẽ Machometi Considerandũ preterea q alique cõiunctiones maxime propter decursuz quorũdam particularium nõ sunt tante significationis sicut alie quedam cõiunctiones que nõ sunt de maximis sicut patet de duab9 coniũctionib9 predictis et aliis quibusdam supra notatũ. Considerãdum deniq q coniunctiones maxime que sunt secũdum veros motus planetaꝝ regulariter sunt maioris significationis quã coniũctiones medie vt supra dictum ẽ. Vnde propter hoc dicunt aliqui q Albumasar in pluralibus errauit q iudicia sua super motus medios fundauit sicut et plurimi antiquoꝝ. Et ex hoc sequit secũdum eos error ipsius de fine legis Machometi et de destructione legis christi et de iudaice legis exaltatione quorũ descriptiões tẽporum preterierunt vt experientia docet. Hec igit hic ideo premisi vt cum loquimur de cõiunctionibus maximis null9 propter cõsiderationez vnius huiusmodi coniũctionis leuiter presumat precipitare iudiciuz de maximis effectibus inde proxime secuturis. Nã in iudicando de talibus oportet õnia predicta et alia multa particularia diligenter attẽdere vnde qui aliter faciũt sepe venerandã astronomie scientiam quãtum in eis ẽ in famen reddunt cõtemptibilem et suspectam.

1 An vero de maximarũ coniunctionum secũdum medios motus/legittima calculatione loquamur vt ille qui in fine predicti tractat9 de cõcordia theologie et astronomie et in pluribus capitulis alterius tractatus de concordantia astronomie et narrationis hystorice secũduz fitam quandam opinionem cõsignate sunt veraciter corrigant. Pro quo sciendum

ꝙ sicut supra dictũ est post christi natiuitatem ãno·72. fuit vna vera cõ
iunctio maxima Jdeo scita ɔiunctione media eadem propinquiore que
fuit in principio Arietis facile erit alias priores ⁊ posteriores cõsignare
presupponendo ꝙ quelibet talis ɔiunctio media Saturni ⁊ Jouis fiat i
·960· ãnis vel circiter. Et notanter dixi vel circiter quia illa coniunctio
minor est que secũdum Alkabicium ⁊ alios cõiter dicit' fieri in. 20 ãnis
ex qua plures replicata fiunt alie ɔiunctiones Saturni et Jouis magna
maior et maxima sicut in aliis tractatibus dictũ est nõ precise continet
illos·20·ãnos· Nam sicut dicit quidam Abraham iudeus dict9 Auenesre
in quodã tractatu de magnis ɔiunctionibus dicta coniũctio Saturni et
Jouis nõ ɔtingit nisi semel in· 20. annis octaua parte vnius ãni minus.
Et vt idem ait cõmergunt' de triplicitate in triplicitatem hoc modo sicut
quando incipiũt coniũgi in triplicitate ignea que dicit' Aries Leo Sa
gittarius Jta scilicet quod ɔiungant' in principio Arietis· Postea i vi
cesimo ãno in Sagittario quod est nonũ signum ab Ariete ⁊ ibi coniun
gunt' in medietate tercie partis Sagittarii postea in quadragesimo ãno
iungũtur in Leone ꝙ est nonũ signum a Sagittario deinde in anno sexa
gesimo iungũtur in Ariete. Et hec cõiunctio vadit in hunc modũ duode
cies· Postea·13·ɔiunctio mutat' de predicta triplicitate in succedentẽ tri
plicitatẽ. Et aliqñ tres huiusmodi coniũctiones perficiunt' in. 78. annis
cũ tribus partib9 vnius ãni incõpleti vt ipse dicit ꝫ moderni astronomi
sequentes radices motuũ planetaꝝ secũdum Alfonsum positas dicunt
precisius videlicet ꝙ dicta minor cõiunctio Saturni ⁊ Jouis fit in. 20·
ãnis minus·72. duobus dieb9 fere ⁊ hoc nũꝗ fallit in eoꝝ mediis ɔiunc
tionibus sed in eoꝝ coniũctionibus veris sicut supra tactũ est nulla cer
ta dici potest regula quãtum vna distat ab alia. Nam aliquãdo media
precedit veram aliquãdo veram mediam. Et hoc valde multipliciter va
riando quia aliquando vna sequit' vel precedit aliam in multo tẽpore
aliquando in modico. Et aliquando vera cũ media ɔcordat in tempore
sed hoc cõtingit rarissime videlicet qñ ipsi planete sunt in auge vel oppo
sito augis ecẽtrici vel epicicli his itaq3 presuppositis dico ꝙ predicta
coniũctio maxima que fuit ãno·73·post christum nõ ɔcordauit in tempo
re cũ media cõiunctione sibi correspõdente· Nam illa media sequebat' eã
⁊ fuit. 12·die septembris in·11·gra· ⁊ 6. minuto Arietis ⁊ ita nõ fuit ma
xima ɔiunctio media q2 licet fuerit in Ariete nõ tñ fuit in principio Arie
tis id est infra·6·gra. illi9 signi/ sed aliam his presuppositis pro radice
calculant aliqui quã ponũt illis esse propinquiorem ⁊ dicũt ꝙ ante na
tiuitatem christi per quinq3 annos ⁊·220. dies videlicet·18·die februarii
fuit illa media ɔiunctio Saturni ⁊ Jouis in. 3·gradu ⁊ in·11·mi. Arietis
premissis igit' pro fundamẽto suppositis cõsequenter ad illam coniũctio
nem mediã simpliciter maximam possunt alie tam priores ꝗ3 posteriores

precise ꝛ veraciter calculari.

Ed hec precisa calculatio nõ est necessaria ad propositum. Nam hic sufficit breuitatis gratia cõiunctiones maximas consignare secundũ computationem veritati propinquã presupponendo etiam computationem annoꝝ ab origine mũdi superius positam capitulo. 23. vbi de magnoꝝ orbium consignatiõe dictũ est videlicet ꝙ mũdus inceperit. 7383. ãnis ante christum. His itaqꝫ presuppositis capiendo pro radice illã cõiunctionem predictam que fuit ante christũ. 7. annis ꝛ. 320. diebus. Et cõputando inter duas tales. 960. ãnos sicut ponũt Alkabicius ꝛ ꝯsequẽter alii. Et numerando illos ãnos integros dimittendo dies predictos ꝛ alios qui in hmõi cõiunctionibus essent numerandi cũ aliis minutis ꝛ fractionibus si velimus precise cõputare / his inqꝫ omissis propter faciliorẽ computationẽ ꝛ causa breuitatis dico ꝙ a principio mũdi possum9. 8. tales coniunctiones hoc modo consignare.

Prima anno	.738.	Secunda anno.	.1698.
Tercia anno	.2678.	Quarta anno	.3618.
Quinta anno	.4578.	Sexta anno	.7338.
Septima anno christi	.977.	Octaua anno christi	.1917.

Hec aũt consignatio intelligenda est fieri circiter prope veritatẽ quia vt patet ex dictis ista cõputatio nõ est precisa tam propter omissionem predictoꝝ dierum ꝛ aliaꝝ fractionũ quam etiã propter aliam rationem supra tactam viꝫ quia quelibet media ꝯiunctio Saturni ꝛ Iouis a proxima media immediate precedente vel sequẽte semper distat per ãnos. 20 nõ integros sed minus. 72. diebus fere. Vnde sequit᷑ primo ꝙ quelibet talis minor ꝯiunctio que cõiter dicit᷑ fieri in. 20. ãnis complet᷑ in. 19. annis ꝛ. 313. dieb9 fere. Secũdo ꝙ magna seu media coniũctio dictoꝝ planetarum q̃ã aliqui dicũt fieri in. 60. ãnis fit in. 79. annis ꝛ. 209. diebus fere. Tercio quod maior eorũ ꝯiunctio que fit de vna triplicitate in aliam et cõiter dicitur fieri in. 240. annis complet᷑ in. 238. ãnis ꝛ. 217. diebus fere. Quarto ꝙ maxima coniũctio que dicit᷑ fieri in. 960. annis completur in. 953. annis ꝛ. 91. diebus fere ꝛ sic in qualibet. 8. predictaꝝ esset differẽtia de septem annis vel circiter qui septem ãni essent a qualibet huiusmodi cõiunctione substrahẽdi. Et forte hanc ĩprecisionem voluit deus vt secreta celi absconderet ab indignis ne eis ex nimia familiaritate vilescerent. Ex predictis etiam patet ꝙ ante diluuiũ nõ fuerunt tres maxime ꝯiunctiones medie sicut ĩ preallegatis tractatibus secũdum vnam opinionem posui ex cuius errore dicte. 8. coniũctiones male fuerũt consignate sed solum fuerũt due medie ꝛ fuerunt tres maxime cõiunctiones vere. Quia cũ vna fuerit. 22. annis fere ante diluuiũ vt statim dicet᷑ verisimile est ꝙ in. 2020. ãnis precedentibus fuerũt due medie quaꝝ prima fuit forte in principio mũdi vel prope. Et hec verisimiliter est illa notabilis ꝯiũctio

superiorum planetarum ad quam Albumasar et Alfonsus habuerunt respectum circa principium mundi sicut inferius tangitur. Cuius rei verificatio hic sub dubio ponitur quia dependet ex verificatione prime figure celi que fuit in creatione mundi que valde nobis dubia est et difficilis ut manifeste patet ex supradictis et infra dicendis.

Ex predictis patet clare quod duobus annis ante diluuium non fuit aliqua coniunctio maxima in capite Arietis / sed etiam non fuit aliqua coniunctio Saturni et Jouis tunc in Ariete sicut dictum fuit in principio huius tractatus Verumtamen circa finem primi tractatus de concordia astronomie et theologie contrarium allegatur dixisse Arabs astronomus sed huius allegationis falsitas ostenditur. Nam sequendo in his radices motuum planetarum secundum Alfonsum positas licet iam aliquantulum superaddant inuenitur quod ante diluuium duobus annis cum. 21. diebus fuit coniunctio media Jouis cum Saturno in. 19. gradu Sagittarii sed vera coniunctio eorum huic medie correspondens precessit predictam mediam in. 18. diebus Ita illa vera coniunctio fuit ante diluuium duobus annis et. 37. diebus et fuit in. 17. gradu Sagittarii. Et sic patet contra illud dictum quod utraque coniunctio tam vera quam media immediate precedens diluuium fuit in Sagittario et non in Ariete sed tamen verum est quod ante diluuium. 21. annis completis cum. 331. diebus fuit Jouis et Saturni media coniunctio in. 18. gra. Arietis et vera eorum coniunctio illi medie correspondens precessit eam in. 73. diebus fere et fuit in sexto gradu Arietis viz ante diluuium. 22. annis cum. 27. diebus. Et hec dici potest prima in triplicitate ignea et una de maioribus quia circa principium Arietis. Nec alia vera eorum coniunctio in principio Arietis hanc precessit vel etiam sequebatur circa illa tempora. Et ideo illa est valde notabilis coniunctio et quam Arabs astronomus notasse credendus est unde in eius allegatione predicta reputo vicium scriptoris fuisse cum scripsit duobus annis ante diluuium quia scribere debuisset. 22. annis et supple. 27. diebus. Insuper verum est quod. 8. annis fere ante predictam veram coniunctionem dictorum planetarum fuit una media eorum coniunctio circa principium Arietis scilicet in septimo gradu eius sed vera coniunctio ei correspondens sequebatur mediam in. 140 diebus fere. Et fuit ipsa vera coniunctio in. 28. gra. Piscium. Quantum autem predicte tres coniunctiones Saturni et Jouis de propinquo diluuium precedentes pro eius fortificatione naturaliter operate fuerint iudicio astronomorum relinquo sed quod he et alie constellationes ad hoc inuenerint non reputo theologice veritati contrarium sicut in predictis tractatibus satis notaui.

De de figura pro inicio mundi quam secundum opinionem unam posui in primo tractatu predicto restat dubium utrum illa stare possit in veritate cum superius decimosexto capitulo multa contra eam dubia obiecta sint hic dico propter dictas obiectiones quod alia danda est non tamen multum

distans ab illa. In qua secundum aliquos ponitur Cancer ascendens et Iupiter in eodem ascendente ut in sua exaltatione Mars etiam in septima domo sed in .28. Capric. ut in sua exaltatione. Et in hoc etiam concordat Albumasar in introductorio tractatu quinto capitulo septimo allegans circa hoc antiquitatem verumtamen idem Albumasar et Alfonsus ponunt etiam circa inicia mundi secundum certum numerum annorum non multum distantium Et ut videtur posse intelligi ex eorum consideratione quod ipsi non habuerunt in huiusmodi inicio respectum ad situs planetarum in signis sed ad certam magnam et notabilem coniunctionem superiorum planetarum circa tempora per eos descripta sicut hoc ex calculationibus deprehendi posset. Et forte deus voluit habere inicium mundi in huiusmodi coniunctione maxima notabili. sed tamen in hoc non concordat communis opinio cum tamen invenire planetas in locis suis aptis ut communiter omnes pretendunt licet diversimode hinc et inde est multum laboriosum unde talem primam figuram celi veraciter describere et consequenter ad eam veras coniunctiones minores magnas maiores et maximas precise calculare esset opus utile sed difficile et quoddam specialem requireret tractatum. Hoc autem non est presentis negocii sed maiori eget inquisitione ad sublimitatem astronomice scientie pertinentem. Hic tamen secundum aliquos peritos astronomos figuram celi satis probabiliter calculatam subscribere utile iudicavi. In qua omnes planete sunt in exaltationibus suis preter Mercurium qui est in termino suo et facie



vide multas fractiones

Secundum ponētes istam figurā inceptionis mundi mūdus incepisset ante christum. 5492. ânis ⁊.223. diebus ⁊ fuisset aux Solis illo tempore in.19 gra. Arietis ita ꝙ verus Solis ⁊ medius motus fuissent idem. Et sic medius motus augiū ⁊ stellarum fixarū signatus in tabulis deficeret qualibet die in.37. quartis. 51. quintis.14. sextis que deberent cuilibet diei addi ita ꝙ sequens esset medius motus augiū stellarum fixarum in vna die. 0 signa. 0 gra. 0. minuta. 0. secūda. 4. tercia. 48. quarta. 32. quinta 31. sexta secūdum etiam eosdē medius motus Lune in vna die signatus in tabulis Alfonsi excederet qualibet die in. 3. quartis. 32. quintis. 7. sextis. 7. septimis. 37. octauis. Ita ꝙ sequens esset medius motus Lune in vna die. 0. signa. 13. gra. 10. mi. 35. secūda. 1. tercia. 11. quarta. 38. quinta. 3 1. sexta. 37 septima. 25. octaua. secūdum etiam eosdē medius motus Solis in vna die signatus in tabulis Alfonsi deficeret qualibet die in 58. quinta. 34 sexta. 18. septima. 21. octaua. Ita ꝙ sequens medius motꝰ Solis esset in die. 0. signa. 0. gra. 59. minuta. 8. secunda. 19. tercia. 38. quarta. 15. quinta. 38 sexta. 14. septima. 21. octaua. Et secundum eosdē medius motus Saturni excederet qualibet die in tabulis Alfonsi. 54. quartis. 2. quintis. 1. sextis. 56. septimis. 15. octauis. Ita ꝙ motus sequens esset motus Saturni in vna die medius. 0. signa. 0. gra. 2. mi. 0. secūda. 34. tercia. 23. quarta. 28. quinta. 13. sexta. 3. septima. 45. octaua. Et secundū eosdē medius motus Iouis in tabulis Alfonsi qualibet die excederet in. 2. terciis. 29. quartis. 8 quintis. 47. sextis. 3. septimis. 55. octauis. Ita ꝙ motus sequens esset medius Iouis in vna die. 0. signa. 0. gra. 4. mi. 59. secunda. 12. tercia. 5 1 quarta. 53. quinta. 36. sexta. 46. septima. 5. octaua. Et secundū eosdē medius motus Martis excederet qualibet die in tabulis Alfonsi in. 2. terciis 14. quartis. 58. quintis. 20. sextis. 50. septimis. 73. octauis. Ita ꝙ motus sequens esset medius Martis in vna die. 0. signa. 0. gra. 31. mi. 26. secunda. 36. tercia. 29. quarta. 6. quinta. 39. sexta. 9. septima. 17. octaua. Et secundū eosdem medius motus argumenti Veneris excederet qualibet die in. 5. terciis. 59. quartis. 30. quintis. 1. sextis. 21. septimis. 25. octauis. Ita ꝙ motus sequens esset medius argumēti Veneris in vna die. 0 signa. 0. gra. 36. mi. 59. secunda. 21. tercia. 24. quarta. 29. quinta 29 sexta. 36. septima. 45. octaua. Et secundū eosdem medius motus argumenti Mercurii excederet qualibet die in. 1. terciis. 30. quartis. 15. quintis. 10. sextis. 6 septimis. 41. octauis. Ita ꝙ motus sequens esset medius motus argumenti Mercurii in vna die. 0. signa. 0. gra. 6. mi. 24. secūda. 6. tercia. 12. quarta. 25. quinta. 41. sexta. 53. septima. 19. octaua.

X premissis etiā clare patet ꝙ sicut vera figura celi ponenda ē alia quā illa que in dicto tractatu posita est sic etiam ille. 8. medie coniunctiones maxime que in. 26. capitulo superius cōsignate sunt multū distāt a locis sub quibꝰ consignate fuerant in duobus precedentibꝰ tractatibꝰ

Et ideo coniunctiones huiusmodi aliter applicande sunt maxime ⁊ alterationes ⁊ mutationes rerū q̄ notate fuerūt in toto processu de cōcordantia astronomie ⁊ hystorice veritatis. Verūtamen applicationes notabilium rerū gestaꝝ ibidem cōsignate nō sunt propter hoc cōtemnende quia multipliciter saluari potuerunt. Primo p consideratione ad ɔiunctiones veras nō solum maximas sed etiam ad alias de quibus alique valde notabiles superius recitate sunt. Secūdo potuerunt hmōi applicationes saluari p cōsiderationem ad reuolutiones magnoꝝ orbium ⁊ signoꝝ ac planetaꝝ eis dn̄antium de quibus supra dictum est. Tercio per consideratione ad coniūctiones medias que fiunt in mutationibus de vna triplicitate in aliā in .240. ānis vel circiter. Et hanc applicationē valde particulariter ⁊ diffuse prosecutus est ille Abraham predictus in suo prealle gato tractatu d quo hic aliqua breuiter notare decreui.

Ciendum est igit̄ q̄ ille actor incipit a cōiunctione magna que testificat̄ super regnū Israel que habuit exordium in triplicitate aquea in medio cursu Sole intrante in primum minutū Arietis. in tercia parte ·8 hore. 27. die mensis Adar hebrei. 2367. āno a creatione mundi hic fuit .1.1. ānis. 207. diebus post diluuiū ⁊ fuit vna ɔiunctio Saturni ⁊ Iouis i mediate precedens illam coniūctionem q̄ infra ponit̄ sub āno. 2136. ⁊ die. 189. Et tunc inceperūt Saturnus ⁊ Jupiter cōiungi in medio cursu quasi in medio primi gradus Pisciū sed fuerunt ɔiuncti in vero cursu eoꝝ in principio predicti āni in .28. gradu Aquarii que est triplicitas aerea ⁊ fuit secūdus gradus Leonis ascendēs super clima egipti/ vbi tunc erat Israel. Et Aries in medio celi ⁊ dn̄s hore erat Sol qui est dominꝰ ascendētis ⁊ erat in decima domo secundum gradus signoꝝ ⁊ secundum equationes domorū erat in nona domo ⁊ Saturno ⁊ Ioui apparuit vis Solis in nona domo q̄ est domus gaudii Solis. Et Mars dominus domus Solis erat cū eo in ariete ⁊ respiciebat Saturnū ⁊ Iouem i septima domo cum Luna amicabili aspectu. Hec ergo ɔiunctio vt ipse dicit signauit magnū genus oriturum in hoc seculo ⁊ q̄ renouaret̄ noua lex q̄ audiretur vsq̄ ad extremū terre quia fulgor Solis in media reuolutione āni fuit in medio celi. Et quia ascendēs est signum forte ⁊ similiter signum i quo est ɔiunctio signauit q̄ illius gentis regnū erat stabile ⁊ dominabile multū viꝫ tm̄ quātuꝫ sunt āni maximi Solis qui sunt. 1461. deinde applicat ista ad natiuitatē Moysi ⁊ Aaron ⁊ ad subiectionē filioruꝫ Israel p Pharaonē ⁊ ad miracula in egipto facta ⁊ ad exitum Judeorū de egipto ⁊ ad legē Moysi datam quādo preuenit Sol in puncto augis sui i Geminis ⁊ ad prelia ⁊ victorias filioꝝ Israel ⁊ ad mortē Moysi. Et ad ingressum Josue in terrā promissionis. Et ad mortē seniorum qui vixerūt post Josue ⁊ cōcludit q̄ quotienscunq̄ cadit ɔiunctio in Piscibus vbi fuit i illa prima cōiunctione renouat̄ semp super Israel aliq̄ tribulatio

⁊ hec de illa coniunctione sufficiant.

Post illam prosequitur aliã sequentem coniunctionẽ magnam in triplicitate ignea que secũdum mediũ cursum fuit in Ariete q̃ testificabatur super regnũ Jsrael tribulationes ⁊ mala quoꝝ maxima pars debebat venire ex parte orientis. Et in diebus illis incepit regnũ ethiopie. Et surrexerũt multi reges otra Jsrael ⁊ reges Jsrael q̃ fuerũt tpe illi9 oiũctionis parum durauerũt. Post illam sequit' alia cõiunctio in triplicitate aerea q̃ incepit in Tauro ⁊ in hac detecta fuit prophetia in Jsrael ⁊ regnum eius habuit principiũ. Et sub hac natus fuit rex Dauid in ãno. 13. a cõiunctione ⁊ tunc palam apparuit Samuel propheta in Jsrael. Et hec signauit ꝙ rex Saul qui tunc regnabat debuit parũ viuere ⁊ super fortitudine ⁊ stabilitate regni Dauid signauit sed tamen super diuisione regni ⁊ ꝙ in eo surgerent proditores cõtra regnum Salomonis. Et durauit postea regnũ Jsrael tot ãnis quot sunt maximi ãni Martis qui sunt. 268. Sequẽs cõiunctio triplicitatis aeree incepit in Geminis ⁊ signauit abscissionem regni Jsrael ⁊ in ãno hoc illius oiunctionis quãdo peruenit reuolutio ad Arietem quod est signũ Martis Salmanasar rex assirioꝝ captiuauit Judeos. Alia oiunctio de triplicitate aquea incepit in Cancro. Et hec significauit damnũ super Jsrael ⁊ euasionem a captiuitate in breui. Et Nabugodonosor rex babilonie captiuauit Jeconiã regem Juda. Et ĩ hac oiunctiõne cepit rex babilonie totam terrã egipti et fuit deserta Jsrael. 80. ãnos postea euaserunt Judei a captiuitate. Et nõ durauit regnum Nabugodonosor sibi ⁊ filiis suis nisi. 40. ãnis. Et venit regnũ persarum ⁊ medorũ qui regnauerunt. 78. ãnis. Et hoc fuit. 20. annis antequã reedificaret' Hierusalem ⁊ postea venit regnũ Alexãdri macedonis qui regnauit. 12. ãnis ⁊ post diuisum fuit regnũ babilonie in quattuor partes ⁊ alique illaꝝ partium nõ durauerunt nisi parum. Et hoc iterũ euenit quia signum oiunctionis fuit mobile sed regnũ Jsrael durauit et confortatũ fuit quia deus dedit eis plusq̃ꝫ promittebant planete. Sequens cõiunctio de triplicitate ignea incepit ĩ Leone et signauit anxietates et penas et tribulationes super sapientes et scribas qui fuerunt tũc in Jsrael et remanserunt in illo regno quã diu durauerunt oiunctiones in hac triplicitate. Post quã sequitur oiunctio in triplicitate terrea que fuit in Virgine et signauit finem dieꝝ regni quia significationes oẽs cões reuolutionis fuerunt signa aspicientia se preter hanc. Et nomen et fama Jsrael erat tũc super terram sicut fulgor Solis quãdo est in medio celi vsq; ad hanc cõiũctionem. Et in primis cõiunctionibus fuerunt planete et luminaria et cõiunctiones significantes exaltationem Jsrael hic signauerũt econtra videlicet occultationẽ legis et defectum regni Jsrael. Et tunc euenit captiuitas p manũ Tity post. 20. ãnos ab hac oiunctione. Et hoc apparet ꝙ christus fuit sub coniunctione precedente quia eius natiuitas precessit

pluribꝰ annis Titum et illam captiuitatē Iudeoruȝ. Et in hoc fuerant p
fecti anni a natiuitate Moysi. 1880. Post illam sequit̃ ꝯiunctio magna
in triplicitate aerea sed illam vt credo monstriose omisit ille Abraha iu
deus nec ante istam vel post aliud specialiter loquitur de christo aut lege
ipsius sed prosequit̃ de cōiunctione magna q̄ incepit in triplicitate aq̄a
in Scorpione que signauit nouā sectam et ltm̄ et mendacem prophetam
nasciturū de vilibus gentibus videlicet Machometum de quo et eiꝰ reg
no ac lege diffuse loquit̃. Hec ꝯiunctio fuit post incarnationē christi an
no. 7?0. vel circiter. Et dicit ꝙ regnū illarum gentium duraret tot ānis
quot sunt maximi āni Veneris vȝ. 1071. Et finaliter ꝯcludit ꝙ ille vilis
propheta surrexit in. x. mense arabū ⁊ nō regnauit donec peruenit ad eta
tem 71. āni ⁊ regnauit. 11. annis ⁊ obiit viliter. Alia cōiunctio sequens in
cepit in triplicitate ignea ⁊ fuit in Sagittario ⁊ signauit super regnuȝ sa
racenoꝝ ita ꝙ maxima pars eoꝝ fugit in Hispaniam. Vltima cōiunctio
quā iste ponit in suo tēpore in triplicitate terrea que incepit in Capricor
no. Et hec signauit bella ⁊ tribulationes magnas ex parte occidentis. Et
in hac ꝯiunctione cepit debilitari regnuȝ saracenorum ⁊ in coniunctione
.6 illiꝰ triplicitatis surrexerūt gentes christianorū ad recuperandum re
gnum Hierusalem de saracenis. Et fuerunt prelia in Hispania in omnibꝰ
regionibus in quibus Sagitt. habet potestatē per christianos qui tunc fe
cerūt passagium vltra marinū versus Hierusalem ad expugnandū sarace
nos. Et quia ista cōiunctio redibat ad Virginē ⁊ fuerunt Iupiter ⁊ Sa
turnus cōiuncti in fine Virginis vbi fuit ascendēs reuolutionis āni ideo
signauit ꝙ bella ⁊ tribulationes deberēt venire i terraȝ Hierusalem quia
cōiunctio redibat ad Virginem quia hec est cōsuetudo eius ꝙ semper eue
niūt prelia i hac triplicitate ⁊ cōcludit ꝙ in hac ꝯiunctiōe debet incipere
redēptio Israel. Et ita ibūt leuādo ⁊ cadēdo donec vēiat ꝯiunctio ad Aq̄
rium ad locū vbi fuit primitus sed i hac redemptione Israel deceptꝰ fu
it iste sicut ⁊ ceteri Iudei i eius expectatione ⁊ sic ceca obstinatione fal ū
tur verumtamē vt ipse dicit. 8. cōiunctio illiꝰ triplicitatis terree ostēdit
multas tribulationes in terra babilonie ⁊ Israel. Et. 12. cōiunctio eiusdē
triplicitatis que erat a Capricorno ostēdit multas tribulatōes ⁊ prelia
i terris christianoꝝ ⁊ saracenorum per totū tempus istiꝰ coniunctionis
absq̧ quiete. Sed post hanc venit coniūctio ad Virginem in āno. 2226.
⁊ hec significat mala ⁊ guerras p totū mūdum. Et dicit ꝙ hec significat
iniciū destructionis saracenoꝝ ⁊ eorum secte nec possent narrari mala fu
tura in hac cōiunctione sed quicquid sit de aliis malis de bona ⁊ vtili de
structione illiꝰ secte nōdum apparuit.

Ec aūt ex Abrahe illius dictis breuiter recitaui vt ex his capiatur
exemplum applicādi has ⁊ similes cōiunctiones medias ad magnos
⁊ mirabiles euētus rerum quales multos notaui in preallegato tractatu

secta maurorum durabit annis 1050

de cõcordia astronomie et hystorice veritatis. Et poterit sumi radix ad cõsignandum tales coniunctiones ex illa quã dictus Abraham notauit primam que signauit super regnũ Israel/sed quia dicit illam fuisse. 2367. anno a creatione mũdi sciẽdum est q in hoc sequit' computationem hebraicam sed sequẽdo computationem Alfonsi multo plures ãnos ponimus ut supra ostẽsum est ideo dicimus q illa cõiunctio fuit. 818. ãnis 7. 207. diebus post diluuiũ. Et inde ante et post possent alie hmõi coniunctiones cõputari. Verũtamen pro maiori concordãtia harum coniũctionum mediarum que fuũt in triplicitatibus cũ illis. 8. maximis supradictis expedit ab eadem radice sumere computationis exordiũ viz ab illa coniunctione que fuit circiter per. 7. ãnos ante christum et fuit secũda cõiunctio in triplicitate illa ignea sicut aliqui probant ex hoc q per. 27. ãnos 7. 268. dies ante natiuitatem christi fuit una media coniunctio Saturni et Iouis i. i. 30. gra. Cancri vel primo Leonis. Et secũdum eos hec fuit illa cõiunctio quam Bachon doctor anglicus notare voluit que signauit sup lege christi ut recitaui in tractatu de legibus et sectis quarto capitulo sed ipse doctor vel eius scriptor defecit in numeratione annorum et etiã quia illa non potuit esse in Tauro sed debuit scribere in Cancro et numerãdo. 82. annos inter christum et cesarem debuit scribere q illa coniunctio fuit in. 16. ãno a cesare et in. 26. ãno ante christum. Et sic patet q cũ illa coniunctio fuerit in fine Cãcri erit attribuẽda principio Leonis ubi incepit triplicitas ignea. Et per cõsequens illa coniũctio sequens fuit secũda in illa triplicitate ignea Et licet ista secũda fuerit coniunctio maxima tamẽ precedens merito notãda fuit tanq̃ una de maioribus quia i ea incepit illa triplicitas unde cõcludo q a qualibet istarum coniũctionum potest capi radix cõputationis aliarum coniũctionum precedentiũ et sequentiũ tamen precisius ab illa prima in qua incepit triplicitas ignea. Hoc igit' presupposito et cõputando ãnos a creatione mũdi prout supra dico q huiusmodi cõiunctiones maiores que procedunt per triplicitates possumus consignare hoc modo inferius in tabulis descripto.

Sciendũ est igit' q prima cõiunctio maior fuit secũdum aliquos anno a creatione mũdi. 138. die. 373. eiusdem ãni incompleti et fuit i triplicitate aerea in. 30. gradu Geminorum. Unde ex hoc patet cuilibet legitie calculãti q prima coniunctio minor fuit ãno a creatione mũdi. 17. die. 300 eiusdem ãni incompleti. Post quã aliquibus coniũctionibus minoribus interpositis sequebat' predicta cõiunctio maior vel precisius calculando Hec fuit minor cõiunctio sequens illam que inferius prima ponit'. Et post eam alie cõsequentes prout subscripta tabula docet. Et notandum est q in prima tabula signant' huiusmodi coniũctiones per ãnos a creatione mũdi usq ad christum in secũda vero per ãnos a natiuitate christi usq deinceps. Et sunt iste coniũctiones precisius calculate quã ille. 8. coniũctiones

THEOLOGIA ET H V

maxime de quibus superius dictum ē supponēdo mundū incepisse p·7383. ānos completos ante christū secūdum tabulaꝝ Alfonsi ꝛ Meridiani p sieñ calculationem Prima minor cōiunctio Saturni ꝛ Jouis fuisset āno ·17. die·300·incompletis ꝛ fuisset in·17. gra. Tauri·29·minu·38· secunda completis/ verū eadem diunctio Saturni ꝛ Jouis secūdum calculationē que supra calculata est fuisset in.18. gra·71. minu. completis ipsius Tauri per·228·dies ante tēpus cōiunctionis prescripte. 8·āno die. 12·incōpletis. Sed quia ista cōiunctio nō fuit prima istius triplicitatis secundum illos qui mūdum ante predictuꝫ tempus dixerunt incepisse ideo nō cepi illam pro prima maiore sed primā que sequit᷑ post illam per mutationeꝫ triplicitatis que hic prima ponitur. Nota ꝙ iste cōiunctiones calculate sunt secūdum medios motus supponēdo radicem hic notatam ꝛ sequēdo cōmunem regulam ꝙ inter duas diunctiones tales sint.2 80. āni vel circiter sed pauce sunt in principio triplicitatū ideo proprie non debent dici cōiunctiones maiores·

Anno a principio mūdi·117. die. 81. fuit cōiunctio ī triplicitate aerea in.22. minuto Libre.

Anno·373. die·177·fuit diunctio Saturni ꝛ Jouis in triplicitate aquea in.1.gradu Scorpionis·

Anno.791·die·271. fuit diunctio in triplicitate ignea ī.12·gradu·Sagitt.

Anno.830·die·20·fuit cōiunctio in triplicitate terrea in·18. gra. Capric.

Anno·1068. die. 137. fuit cōiunctio ī triplicitate aerea ī.28. gradu aq̄rii.

Anno.1036·die.270. fuit cōiunctio in triplicitate aquea in.29·gradu Piscium post hanc sequit᷑ triplicitas ignea.

Anno.1786. die·0·fuit diunctio ī triplicitate terrea in·7. gra. Tauri.

Anno·1183·die·117. fuit cōiunctio in triplicitate aerea ī·11·gra. Geminoꝝ

Anno·2021. die·230·fuit cōiunctio in triplicitate aquea ī·13·gra·Cancri·

Anno.2219. die·328·fuit diunctio in triplicitate ignea ī·22·gra·Leonis.

Anno.2898·die·17·fuit diunctio in triplicitate terrea in·28. gradu Virginis post hanc sequitur triplicitas aerea.

Nota ꝙ cōiunctio illa Saturni ꝛ Jouis immediate precedēs illam cōiunctioneꝫ que ponit᷑ infra āno.2136·fuit illa quam Abraham Aueneſre posuit primā significantem super regnū ꝛ legem Jsrael de qua supra. Et hec fuit. 818·ānis. 207. diebus post diluuiū. Et ita dicta prima diunctio quā signauit Abraham cū.20. fere ānis precessit dictam cōiunctioneꝫ que hic·12·ponitur inter maiores que a principio mūdi fuerunt secūdum Alfonsum consonū. Videtur vt ōnis maior diunctio sequens quam ponit idem Abraham precederet suam per equalē differentiam tēporis sicut p .20·annos vel circiter prope illum numerū verbi gratia sicut prima Abrahe precedit duodecimā illaꝝ per.20. ānos fere Jta secūda precederet decimamterciam ꝛ tercia decimamquartam per·20. annos vel circiter· Et hec

intellige secũdum medios motus.

Anno. 2436. die. 189. fuit coniũctio i triplicitate aquea i. 3. gra. Scorp.
Anno. 2914. die. 307. fuit coniũctio in triplicitate ignea i. 9. gra. Sagitt.
Anno. 3213. die. 74. fuit coniũctio in triplicitate terrea in. 17. gra. Capric.
Anno. 3471. die. 169. fuit oiunctio in triplicitate aerea in. 20. gra. Aqrii.
Anno. 3689. die. 284. fuit oiunctio in triplicitate aquea in. 26 gradu Piscium post quam sequit̃ triplicitas ignea.
Anno. 3928. die. 34 fuit cõiunctio in triplicitate terrea in. 2. gra. Tauri.
Anno. 4166. die. 149. fuit oiunctio in triplicitate aerea in. 1. gra. Gẽinoꝝ.
Anno. 4404. die. 264. fuit cõiunctio in triplicitate aquea i. 13. gra. Cãcri
Anno. 4643. die. 13. fuit coniũctio in triplicitate ignea in. 19. gra. Leõis
Anno. 4881. die. 129. fuit cõiunctio in triplicitate terrea i. 24. gra. Virgis
Anno. 7119. die. 243. fuit cõiunctio in triplicitate aerea in. 30. gradu Libre. Post hanc immediate facta est mutatio triplicitatis huiꝰ in aqueã.
Anno 7371. die. 379. fuit oiunctio in triplicitate ignea in. 6. gra. Sagit. Et fuit ista cõiunctio vltima ãno christi. 14. die. 379. Et ante istam in eadem triplicitate fuit prima media cõiunctio ante christũ per. 7. annos ⁊. 320. dies viz. 14. die februarii in. 30. gra. ⁊. 11. minuto Arietis. Et in eadem triplicitate fuit tercia oiunctio media ãno post christum. 73. die. 12. septenbris in. ii. gra. ⁊. 6. minuto ante quã precessit coniũctio vera eidẽ correspondẽs eodem ãno completo. 91. diebus viz secũda die mensis aprilis ⁊ fuit in capite Arietis viz pertransitis. 1. gradu ⁊. 14. minutis de qua supra. 12. capitulo. Et iste coniũctiones in triplicitate ignea ante ⁊ post christi natiuitatem sunt valde notande.
Anno christi. 213. die. 212. fuit cõiunctio in triplicitate terrea i. 7. g. Vir.
Anno xp̃i. 471. die. 321. fuit oiunctio triplicitatis aeree i. ii. gra. Libre.
Anno xp̃i. 690. die. 11. fuit cõiunctio triplicitatis aquee i. 16. gra. Scor.

Nota ꝙ hec cõiunctio est tercia in signo Scorpionis ⁊ prima in eodẽ signo fuit illa que significauit sectam Machometi q̃ ãno ab incarnatõne domini fuit. 710. per mutationem triplicitatis in pricipio Scorpionis.
Anno xp̃i. 928. die. 192. fuit cõiunctio triplicitatis ignee in. 21. gra. Sagit.
Anno. 1032. in signo Virginis fuit mutatio triplicitatis ignee in terream
Anno xp̃i. 1166. die. 301. fuit cõiunctio triplicitatis terree i. 21. gra. Ca.
Hic sequitur triplicitas aerea.

Nota ꝙ ãno ab incarnatione domini. 1227. in eius mẽse vltimo fuit cõiunctio Iouis cum Saturno per mutationem triplicitatis in. 20. gradu Aquarii vt dicit henricus de Machlinia.

Item nota secũdum Ioannem de muris in epistola ad clementẽ. 6. ꝙ ãno christi tunc futuro. 1367. die. 30. octobris in. 8. gra. Scorpionis fuit vna de maioribus cõiunctionibus planetaꝝ Saturni vz ⁊ Iouis cũ per mutatione triplicitatis aeree in aquaticã Mars etiam in eodem ãno ⁊ in

eodem signo coniũctionaliter applicauit; fuitq supradicta coniũctio prima ab illa cõiunctione famosissima que secũdum autores ꝛ phõs signauit legem saracenoꝝ ꝛ sublimationẽ seu legẽ perfidi Machometi fuit enĩ illa in signo Scorpionis mutata triplicitate sicut ꝛ ista per ãnos. 72. ante apparitionem legis predicte. Nec a tẽpore illo vsq tunc reuersa fuit aliqua cõiunctio õnino similis nisi ista vnde merito secũdum phõs ista signauit maximas tribulationes ꝛ mutationes in secta illa fuitq anno .1371. die. 8. iunii cõiunctio magna Saturni ꝛ Martis in signo Cãcri qđ est casus vnius eoꝝ ꝛ detrimentũ alterius fuitq ipsa cõiunctio in terminis Jouis vz in. 21. gra. Cancri in quo Jupiter suã exaltationem hꝫ vnde cũ veraciter sit cõpertum ꝙ Saturnus in anglia Mars ĩ alemania ꝛ Jupiter in francia dominãtur. concludit' ꝙ inter maximas guerras ꝛ destructiones ac translationes regnoꝝ p̄resupponendũ erat ꝙ rex ꝛ regnũ frãcie erant in magno periculo periclitationis ꝛ subuersionis. Nam Jupiter nõ aspicit cõiunctionem ideo nõ potest repellere maliciã coniunctoꝝ ymmo per motũ retrogradum recedit a domo sua Piscium fugiens a cõspectu eoꝝ in Aquarium domũ Saturni quod fugam regis francie innuit presertim quia id signũ Cancri illud regnũ significat hec ille. Nota ꝙ cõiũctiones hic notate signate sunt secũdum veros motus.

Anno xp̄i. 1404. die. 71. fuit coniunctio triplicitatis aquee ĩ. 20. g. Pisc.
Anno christi. 1642. die. 1 4. erit coniũctio triplicitatis ignee ĩ. 8. gr. Arietis
Anno christi. 1880. die. 281. erit coniũctio triplicitatis terree ĩ. 13. gra. Tauri
Anno christi. 2119. die. 31. erit coniũctio triplicitatis aeree. in. 19. gra. Ge.
Anno christi. 2371. die. 172. erit cõiunctio triplicitatis aquee ĩ. 24. g. Cã.
Anno christi. 2791. die. 261. erit coniunctio triplicitatis ignee ĩ. 30. g. Leõis
Anno christi. 2834. die. 11. erit coniũctio triplicitatis terree ĩ. 7. g. Virgis.
Anno christi. 3072. die. 132. erit coniunctio triplicitatis aeree in. ii. gra du Libre.

Quia vero circa finem tractatus de cõcordia astronomie ꝛ hystorice veritatis aliqua scripsi de antichristo ꝛ signis ac preambulis aduentus eius hic etiam notare volui quãdam prenosticationem ex ymaginaria coniectura magis ꝙ̃ ex ratione certa ab aliquibus posita. Quidaꝫ enim dixerũt quod in cognitione etatis ꝛ finis huius mũdi temporalis qui macrocosmus dicitur deueniendũ est per etatem microcosmi id est hominis qui est minor mũdus ꝛ in se gerit ymaginem maioꝝ mundi temporalis ex parte corporalis ꝛ mortalis nature sicut ex parte anime immortalis gerit ymaginem mũdi architipi id est imortalis sapientie dei ideo sicut etas humana quadripartita est in adolescentia iuuentutẽ senectutem ꝛ seniũ similiter ꝛ etas microcosmi ꝛ de duratione. 4. etatum mũdi dicũt ꝙ de numero. 12. signoꝝ sunt. 4. ceteris mobiliora ꝛ quasi cardinalia quorum duo sunt equinoxialia vz Aries ꝛ Libra; ꝛ duo solsticialia Cancer

7 Capricornus. Et in his quattuor sunt magni signatores seu planete · e regales hñtes dignitates que dicunt exaltationes Sol enim exaltat in ·19· gra. Arietis Jupiter in ·17· Cancri Saturnus in ·21· Libre Mars in ·28. Capricorni. Et sub his attendũt quattuor mũdi tempora vel etates 7 q̄ Adam primus homo factus fuit ascendẽte Ariete in gloria Solis in domo Martis. Unde quia Sol est origo virtutis vitalis fuit Adam naturaliter longeuꝰ 7 quidam alii sui propinqui successores · Et propter domũ Martis remansit naturaliter super primũ hominẽ 7 suam progeniem volũtas peccandi ducẽs ad mortem quia Mars dicit̃ quasi Mors Unde primus homo habuit duos filios vnũ sub Sole natum scilꝫ Abel iustum. Aliũ sub Marte scilicet Caym. Moyses aũt natus fuit ascendẽte Cancro in gloria Jouis 7 domo Lune Jupiter aũt naturaliter preest põtificibus 7 prelatis sicut fuit Moyses. Et quia Cancer signũ est aquaticum 7 est mansio Lune que habet significationem super aquas ipse p tẽpus miraculose mansit i aqua vnde 7 nomẽ ex hoc accepit a moys quod est aqua quia vero Cancer retrocedẽs est 7 lex moysayca iam retrocessit.

Dominus aũt Jesus xp̄s natus fuit ascendẽte Libra in gloria Saturni 7 domo Veneris. Saturnꝰ vero vt ait Messahaly signationem habet super gentẽ iudaicam seu fidem eiꝰ 7 ipsius est gloria super regnũ. Unde dominus Jesus inquantũ homo ex fortitudine sue natiuitatis dictus ẽ rex Judeoꝝ 7 sibi tanq̄ summo liberatori 7 iudici datũ est õne iudicium Et Libra vero inquãtum est domus Veneris nihil videt̃ christus participare inquantũ homo nisi q̄ in laudẽ eius extollunt̃ cantica musicalia ipsa nãq̄ super musice organa significationẽ habet hec aũt dicta sunt de christo quãtum ad eiꝰ humanitatem quia verus 7 naturalis homo fuit sꝫ super eiꝰ diuinitate est extra 7 supra propositũ presens aliquid cõmemorari. Antichristus vero nascet̃ ascendẽte Capricorno in gloria Martis 7 domo Saturni hoꝝ nãq̄ naturas pessimas cõiunctim possidebit 7 proprietates a Marte in maliciis gloriabit̃ in discordia inuidia 7 falsitate 7 in elatione maxima. A Saturno aũt 7 mansione eius habebit auariciã odium 7 detractionẽ seditionem 7 õnia occulta mala sicut a Marte manifesta mala vt testat̃ Albumasar in floribꝰ suis his aũt correspondebunt quattuor tẽpora. Primũ tempus ante legẽ ab initio mũdi vsq̄ ad Moysem. Scdũ dum tempꝰ legis a Moyse vsq̄ ad christum. Terciũ tempꝰ gratie a christo vsq̄ ad antichristum. Quartum tẽpus perfidie 7 malicie ab antichristo õnino vel fere vsq̄ ad finẽ mundi. Et his quattuor tẽporibꝰ vel etatibus mundi correspondent quattuor etates hominis 7 quattuor quarte celestis circuli. Nam prima que ẽ ab Ariete ad Cancrũ 7 est calida et humida vernalis et est quarta adolescẽtie. Secũda a Cancro ad Librã calida et sicca estiualis est quarta iuuẽtutis. Tercia est a Libra vsq̄ ad Capricornũ frigida et sicca autũnalis et est quarta senectutis. Quarta a

Capricorno ad Arietē frigida et humida hyemalis et ē quarta senii et de crepite etatis · Ex premissis ergo cōcludunt isti q sicut spacium celestis circuli quod est ab Ariete ad Libram ē medietas illius circuli equalis al tius medietati a Libra usq ad Arietem sic quantū est spacium tēporis lapsi ab Adam siue a principio mūdi usq ad christum tm̄ naturaliter de bet esse a christo usq ad finē mundi · Sicut aūt per Saturnū et Martem senescit homo quia ipsi sunt corruptiui caloris et humoris naturalis ⁊ uitalis. Sic per illos planetas senescet hic mūdus corruptibilis ⁊ ultimo finiet' per modū circuli apud signū Arietis q est signū igneum · In quo duo planete ignei uiz Sol ⁊ Mars habēt suas potestates ut dictum est. Et ideo nutu dei finiet' per ignem putredines seculi cōsumentē sicut testa tur scriptura · Ulteri9 attendendū est q inter quattuor tēpora ⁊ signa ꝓ dicta tempus ⁊ signū natiuitatis christi attestat' discretioni ⁊ spirituali tati legis sue. Nā Libra est signum humanū uiz liberatoris hominis ut pote hominis discreti ⁊ iusti ac spiritualis. Temp9 etiā ⁊ etas senectutis est tempus ⁊ etas discretionis ⁊ spiritualitatis reliqua uero signa sunt irrationabilium seu brutoꝝ animaliū quasi signa indiscretionis ⁊ bruta litatis cuiusmodi etiā sunt reliqua tria tēpora ⁊ etates mūdi. Signū quo q Arietis quod opponit' Libre ⁊ temp9 quod precessit āte tempus legis perfecte maxime corporalia fuerūt sed signū Libre ⁊ tempus gratie poti us sunt spiritualia de his ergo ista dicta sint nō certitudinaliter affirmā do sed probabiliter cōiecturando ·

Licet aūt hic possem huic tractatui finem imponere quia tamen nō solū in his tribus ultimis tractatib9 sed etiā in aliis quibusdam prioribus aliqua scripsi de motibus corpoꝝ celestiū ideo ad eoꝝ maiorē elucidationem hic aliqua supplere proposui · Et primo quia in tractatu de ymagine mūdi capitulo tercio dixi de cursu Solis ⁊ ei9 āno ⁊ dieb9 ⁊ specialius in tractatu de legibus ⁊ sectis capitulo ultimo de quātitate āni solaris ⁊ de equinoxiis et de his etiā in tractatu de correctione kalen darii hic ad illoꝝ supplementū Notādum est secūdum cāpanum capitulo primo sui cōpoti q ānus solaris uere loquēdo est spacium temporis quo Sol mouet' ab aliquo quolibet pūcto sui circuli quousq proprio motu precise redeat ad eūdem hoc aūt spacium secūdum q posuit Ptholome9 est tēpus quo Sol mouet' ab alterutro duoꝝ solsticioruꝫ quousq redeat ad idem solsticium uel ab alterutro duoꝝ equinoxiorum quousq redeat ad idem equinoxiū. Et cōtinet secūdum ipsum. 365. dies ⁊ · 6. horas min9 tricentesima parte uni9 diei. Et secūdum hanc opinionem solsticiū preces sit diem natiuitatis christi · 6. diebus ⁊ fuit. 19 · decembris sed abbategni licet cū Ptholomeo in predicta diffinitione āni solaris conueniat tamē ab ipso discrepat in tēporis quātitate quia ponit illud tempus esse · 365. di es ⁊ sex horas minus centesima parte uni9 diei · Et scd̄m hanc opinionē

de q̄titate āni solaris ad supplement' eoꝝ q̄ scripsi in tractatu de ymagine mūdi ⁊ de legib' ⁊ sectis ⁊ i tractatu de correctione kalendarii

solsticium fuit āno natiuitatis christi.21. die decembris sed secūdum pre dictam āni diffinitionē necesse est vt secūdum p̄dictas positiones Ptho lomei et abbategni semper idem punct9 circuli Solis sit in loco solsticii ꝛ semper idem in loco equinoctii. Sic ergo circulus Solis nō mutat situm respectu punctoꝝ solsticialium vel equinoctialiū sed semper manet respec tu eoꝝ tam in auge ꝙ in ōnibus aliis punctis suis secūdum habitudinē unam. Quia ergo stelle fixe mouent̄ ab occidente in orientē cōtinue.100. ānis vno gradu sicut posuit Ptholomeus maius erit temp9 quo Sol mo uet̄ ab aliq̄ stella fixa quousq; redeat ad eādem quā fit ille annus solaris secundum positiones predictas. Verū est tamē ꝙ si aux Solis et cetera puncta sui circuli essent fixa se nper oparata ad pūcta solsticialia ꝛ equi noctialia verū esset illud in quo cōueniunt dicti phī viz ꝙ annus solaris esset reditus a solsticio ad idem solsticiū. Sic etiā reditus a solsticio ad idem solsticium esset equalis reditui ei9 a quolibet puncto sui circuli ad eūdem punctum et similiter etiā de equinoctio sed posteriores phī nō inue nerunt ita esse ymmo augē Solis ꝛ cetera puncta sui circuli inuenerunt moueri secūdum motum stellaꝝ fixarum ꝛ adherere eis semper secūdum habitudinē vnam. Ita ꝙ aux Solis stelle fixe cui nūc cōiungunt̄ si qua sit vel puncto firmamenti si fixa nō sit ibi semper fuerit cōiuncta ꝛ semp erit. Nec habet aliquē motum sibi propriū nisi ratione firmamenti. Et si militer est de augibus reliquoꝝ planetarum ꝛ eoꝝ circulis. Quia ergo an nus Solis est reditus ei9 in suo circulo ab aliquo quolibet puncto ipsi9 circuli ad eūdem necesse est secūdum istam positionē ꝙ annus Solis sit re ditus ei9 a qualibet stella fixa ad eādem siue ab aliquo puncto firmamē ti ad eūdem ꝛ fit iste reditus secūdum eos in.365. diebus ꝛ.6. horis ꝛ.9. minutis ꝛ.12. secūdis vni9 hore equalis que valēt.23. secunda.30. tercia. vnius diei. Et in hoc excedit ānus solaris secūdum istam positionē tēp9 .365. dierum et sex horaꝝ quo tēpore vtit̄ ecclesia romana ꝛ greca. Ideo ꝙ vt probat cāpanus si singulis.133. annis romanoꝝ ꝛ grecorum addere mus diem vnū esse vere verificatā annoꝝ vsualium circuli ipsoꝝ sed per hoc nō erit firmata habitudo solsticioꝝ ꝛ equinoctioruꝫ ymmo si vera sit opinio Ptholomei de motu stellaꝝ fixarum solsticia ꝛ equinoctia semper preuenirent habitudines suas. Et accidēt vt annus sic verificatus deflue ret per singulas habitudines tēporis ꝛ ꝙ inciperet in solsticiis ꝛ equino ctiis ꝛ in quibusdā distantiis ab eis/posteriores aūt modum istū motus stellaꝝ fixarum nō inuenerunt sed eas inuenerūt moueri ab occidente ad orientem vsq; ad aliquid deinde nō procedere vltra sed redire iterum ad occidentem vsq; ad aliquid ꝛ ideo dixerūt eas moueri motu accessionis ꝛ recessionis. Et istum motū affirmauit Thebith ꝛ posuit principia per q̄ motum predictū faceret esse circularē ꝛ saluaret ea que apparerent ꝛ ac cidunt motui stellarum fixarum.

Hanc aũt positionem Thebith de qua tetigi in fine tractat⁹ de legib⁹ ꝛ sectis ꝛ alibi pulcre explanauit cãpanus vbi supra. Et dixit ꝙ secũdum illam duplex est orbis signoꝝ vnus fixus ꝛ ali⁹ mobilis et fix⁹ quidem intelligit᷑ esse descriptus in spera nona. Mobilis vero in octaua ꝛ vterqꝫ ipsoꝝ diuidit᷑ in. 12. signa/ sed immobilis cõtinet ista denominatiue tantũ. Mobilis vero illa signa cõtinet secũdum veritatem. Vnde ipse est distinctor ymaginũ signoꝝ predictorum zodaycum cõponendũ et capita Arietis ꝛ Libre mobilis semper distant equaliter a capitibus Arietis ꝛ Libre fixi describentia in superficie spere none duos paruos circulos circa ipsa quoꝝ capita Arietis ꝛ Libre immobilis sunt poli ꝛ q̃si centra ꝛ arcus orbis magni ab ipsis polis in eoꝝ circũferentias descendens qui est quasi semydyameter eorum est. 4. gra. 18. minuta ꝛ. 43. secũda formã aũt ꝛ modum hui⁹ motus diffuse prosequit᷑ cãpanus finaliter ꝯcludẽs ꝙ ex eorũ motu accidit vt stelle fixe videãt᷑ moueri vers⁹ oriẽtẽ aut occidẽtẽ qñqꝫ motu tardo qñqꝫ motu veloci. Cũ eni caput Arietis mobilis fuerit distans ab equatore in circulo paruo predicto per quartam ipsius parui circuli aut prope hoc ꝙ erit in duob⁹ circuli parui sitib⁹ oppositis tunc videbunt᷑ stelle moueri ad eam partẽ ad quam mouent᷑ motu tardo in vno quidẽ eorum ad partẽ orientis ꝛ in eius opposito ad partem occidentis. Cũ vero caput Arietis mobilis fuerit in alterutra duaruꝫ sectionũ equatoris ꝛ circuli parui aut prope eas videbunt᷑ tunc moueri ad eam partẽ ad quã mouent᷑ motu veloci vna quidẽ eaꝝ ad partem orientis ꝛ in ei⁹ opposito ad partem occidentis. Quapropter inuenta est diuersitas manifesta in motu eorũ. Ptholomeus aũt quando ipsa cõparauit loca eorum inuenta in tẽpore suo ad loca eoꝝ inuenta ab abrachis et ab aliis antiquis pħis inuenit eas moueri motu tardo viꝫ in. 100. annis vno gra. Nã tunc caput Arietis mobilis erat meridionale separatum a puncto quarte meridionalis ꝛ accedens ad equatorẽ. Posteriores autẽ capite Arietis adhuc magis accedente ad equatorẽ inuenerũt stellas fixas moueri in. 66. ãnis vno gradu ꝛ hoc fuit propter accessum capitis Arietis ad equatorẽ propter quẽ motus stellarum fixarũ fuit velocior. Tempore vero cãpani factum erat caput Arietis septẽtrionale distans a cõi sectõne parui circuli ꝛ equatoris de partib⁹ ipsius parui circuli vers⁹ septẽtrionem. 78. gra. ꝛ. 71. minutis fere. Et propter hoc caput Arietis distabat a cõi sectione orbis signoꝝ mobilis ꝛ equatoris versus septẽtrioneꝫ de partibus ipsi⁹ orbis signorũ. 9. gra. ii. mi. ꝛ. 47. secundis fere. Erat ergo tempore illo locus intersectionis predicti orbis signorũ mobilis et equatoris super. 20. gradibus. 48. minutis ꝛ. 17. secundis signi Piscium ꝛ alia sectio opposita super cõsimilem partẽ Virginis. Postea vero multipliciter variatus est motus iste sicut cãpanus diffuse declarat. Ex his cõcludendo ꝙ stelle fixe in tempore Ptholomei ꝛ suorum predecessorum

duplex ẽ orbis sigꝝ. vnus fixus ꝛ alius mobilis

quorum cõsiderationes ipse assumit mouebantur ad occidentem ꝛ nõ ad orientem queadmodum ipse putauit. Tunc eniꝫ erat caput Arietis mobilis meridionale ab equatore ꝛ caput Libre septẽtrionale In quo situ est motus eorũ ad occidentem. Causa aũt erroris eius nõ fuit propter debilitatem scientie sed fuit paruitas tẽporis predecessoruꝫ cõsiderantium loca stellarũ fixarum in suis temporibus et ea per scripturã suam cõmendantium/ vnde nõ fuit ei possibile vt cognosceret istũ motum propter eius tarditatem et predicti tẽporis paruitatẽ. Et istũ errorem Ptholomei et motum octaue spere quẽ ponit Thebith et formam eius et ea que accidũt ex eo diffusius prosequit' cãpanus ꝙ huius tractatus breuitas explicare sufficiat quẽ motum vt ipse dicit sequuntur omnes spere inferiores que sunt .7. planetaꝝ ꝛ auges earũ sicut Thebith posuit vnde finaliter cõcludit ꝙ orbis signorũ fixus nõ est circulus quem describit Sol motu proprio queadmodum scripsit in cõpoto suo Robertus linconiensis sed est vnus circulus maior in nona spera declinans ab equatore ad duas partes septẽtrionis ꝛ meridiei quãtitate .23. gra. 33. minutoꝝ ꝛ .30. secundoꝝ. Circa huius intersectionẽ cũ equatore mouent' capita Arietis ꝛ Libre ꝛ in eius circũferentia mouent' capita Cancri ꝛ Capricorni quãdoqꝫ cooperiens circulũ Solis qui est semper in superficie vna cũ orbe signorum mobili quãdoqꝫ secans ipsum. Ad quoꝝ oĩm intelligentiam fecit cãpanus figuram sensibilem rebus predictis cõuenientem.

Sciendum est aũt ꝙ predictum motũ stellarum fixaꝝ ꝛ secunduꝫ eũdem predictam quãtitatem ãni solaris sicut dicit cãpanus. Astronomi sui tẽporis supponebant eo ꝙ magis cõueniant cũ his que de superiorum motib⁹ apparent ꝙ ea que a prioribus dicta sunt. Et hoc quoqꝫ diuine scripture magis cõsonum inueni' que xp̃m natum asserit cũ dies incipiunt crescere. Nam secundũ istum motũ stellarum fixaꝝ ꝛ predictam ãni quantitatem inuenies diem annũciationis seu cõceptionis christi fuisse proximũ qui secutus est instans equinoctii vernalis ꝛ diẽ natiuitatis ei⁹ fuisse proximum qui secutus est instans solsticii hyemalis sed his nõ obstantibus Alfonsus quem cõiter astronomi sequũtur nõ ponit predictam ãni quantitatẽ quam ponit Thebith sed minorem vꝫ. 365. dies. 5. horas. 49. minuta. 16. secunda. quidã tamen tabulas Alfonsi redarguũt ꝛ licet in multis aliis tamen in hoc specialiter ꝙ supponunt annũ solarẽ esse tẽpus semper equale ꝛ ipsum inuariabile permanere. Et allegant ꝙ ĩ hoc sunt cõtrarie illis que ab obseruatorib⁹ diuersorum tempoꝝ sensibiliter sunt percepta. Et primo quidẽ ꝙ ãtiquissimi obseruatores babilonici posuerũt quantitatẽ anni. 365. dies cũ quarta die ꝛ vna. 16. deinde alii illã quartam precise posuerunt sicut abrachis quem in hoc sequit' ecclesia ꝛ similiter inuenit quidã Abraham fere sed modicũ minus/ sed Ptholomeus ꝛ albategni suis tẽporibus posuerũt vt supra dictũ ẽ ꝛ ĩ aliis supiorib⁹

orbis sig⁹ nõ est fixus// nõ ẽ circulus quẽ describit sol/ sꝫ ẽ circulus maior ĩ nona spera/

alfonsus ponit q̃titatẽ ani dies 365 hor 5 m̃ 49 s 16

tractatibus recitatum. Et tabule Alfonsi ponũt vt statim tetigi ⁊ in hoc ratione abiliter reprehendunt si illã quantitatem cõstituant inuariabilẽ. Et ad ostendendũ in hoc discrepantiam tabulaꝝ harum cũ antiquis obseruatoribus declarant isti differentias eoꝝ cum aliis de introitu Solis in signa que magna reperit. Similiter in tẽpore nostro differentia ab aliquibus inuenta est de introitu Solis in Arietem. Nã anno dñi. 1290. die .13. mensis marcii inuent9 est Sol intrare Arietem post 16. horas quod multum discrepat ab his tabulis. Et anno. 1346. est inuentus est ingredi Arietem nõ in hora que inuenit per tabulas Alfonsi ⁊ ideo cõcludunt periti astronomi ꝙ quantitas ãni solaris nõ est cõstituenda semper equal sed variabilis de maiori in minus ⁊ ecõuerso sicut etiam motus stellarũ fixarum nunc velocior nunc tardior esse cõperitur vt supra patet vnde sicut dicit Joannes de muris necessariũ est propter motũ octaui circuli ⁊ variũ motum augis Solis mutationẽ equationis ãnos ponere singulos in equales. Et sicut ipe probat anni quãtitas quã ponunt tabule Alfonsi nõ est precisa vꝫ. 365. dies. 5. hore. 49. minuta. 15. secũda. 59. tercia .38. quarta. 3. quinta. sed debet esse. 58. tercia. 49. quarta. 48. quinta. Nec tamen quãtitas ista semper manet equalis propter causas predictas.

Onstat igit ex predictisq̃ diuersa ⁊ quasi aduersa diuersi senserũt de quãtitate anni solaris vt preallegatis tractatibus satis expressi sed hic clarius explicaui Verũtamen de hui9 anni inicio vsuali ⁊ de eius quantitate varie gentes ⁊ nationes nõ minus diuersimode senserũt sicut in superioribus declaratũ est. Hic tamen mihi sufficit de inicio anni secũdum catholicos loqui id est scdm romanos ⁊ grecos vnde licet antiquit9 aliquando annoꝝ suorum greci ab Alexandro sumpserũt inicium vt dicit cãpanus. Tamen vt dicit Beda aliqñ greci tempoꝝ ordinem a Diocletiani principis annis obseruabant. Tamen post fidẽ susceptam catholici annos cõputare inceperũt ab anno dñi Jesu christi. Et vt recitat Beda cõputationem ab incarnatione christi Dyonisius abbas Romane vrbis instituit. A quo principio gallicana ⁊ anglicana ecclesia aliiq̃ plures non absurde annos suos cõputant licet gens ytalica multiq̃ alii antiquũ romanoꝝ morẽ sequentes a prima die ianuarii quẽ mensem romani fecerũt anni principiũ incipiant. Vnde hic orit dubitatio quã incidenter ⁊ breuiter tetigi in quarto capitulo tractat9 de correctione kalendarii videlꝫ cũ ecclesia gallicana quo ad inceptionẽ annoꝝ dñi preueniat ecclesiam ytalicam ⁊ alemanicã eo ꝙ gallici inchoant ãnos xpi ab incarnatione seu ãnunciatione dñica. Ytalici vero ⁊ alemani a precedente natiuitate christi ãnos domini incipiunt. Ecõuerso tamen ytalici ⁊ alemani gallicos preueniunt in maioratione annoꝝ id est in maioris numeri cõputatione eo ꝙ singulis ãnis saltem inter festũ circũcisionis ⁊ ãnunciationis excedũt gallicos de vno ãno in computatione annoꝝ christi verbi gratia. Cum

ãno dñi 1290 die 13 mẽsis marcij inuẽt9 ẽ intrare Sol ĩ ariete post 16 horas // 1346 ẽ inuẽt9 ingredi arietẽ nõ ĩ hora q̃ inuenit p tã alfonsi

q̃titas ani nõ ẽ cõstituẽda semp equalis sꝫ variabilis

q̃titas ani q̃ põit t alfonsi nõ ẽ precisa sꝫ d. hꝫ ẽẽ 58 tercia 49 q̃rta 48 q̃nta

qd sit ānus vsualis et qd sit ānus emergēs

ytalici hoc āno in festo circūcisionis numerabant ānos christi. i.xix. ad huc gallici cōputabant. i.xiij. vno āno minus quā ytalici qualiter ergo si ne errore saluabit ista diuersitas. Respondi breuiter i tractatu predicto sed hic respōsionem clarius explicabo per distinctionē de duplici āno seu modo duplici quotationis annorum Annorum enim vnus dicit vsualis. Alius emergens. Vsualis dicit spaciū temporis quo Sol complet vnā reuolutionem motu proprio et hoc inchoando a kl' ianuarii more roma no. Annus vero emergēs dicit spacium temporis indifferēter a quolibet momēto inchoantis donec Sol circulum suū motu proprio compleuerit. Dico igit q ytalici et alemani vtunt annis vsualibus in cōputatione annorum mūdi. Gallici vero et anglici emergētibus incipiētes a die ānunciati onis dominice. Ex quo statim patet q circūcisio dñi facta fuit anno na tiuitatis ipsius secūdo loquēdo de annis vsualibus licet eius anno primo emergēti. Vnde etiam patet q christus de primo anno sue natiuitatis scilicet vsuali nō habuit nisi. 7. dies etatis. Ex quibus sequit q i ytalia et alemania q̄uis ānos natiuitatis cōputent nō debent tamē in instrumē tis publicis aut litteris annos natiuitatis dñi renouare ipso die natiui tatis dñi sed in prima ianuarii. Ratio est quia ibidē annos domini vsua les quibus vtunt incipiūt et terminant exclusiue. Nam de primo āno dñi ipso die natiuitatis sue fluxerant. 373. dies et restabant pro cōplemento ipsius solū. 7. dies. Et per cōsequens ille ānus primus dñi nō icepit a die natiuitatis sed ante a prima die ianuarii precedēte diē natiuitatis xpi.

+ hic adam vtilē distinctionem mēsium lunarium vltra scripta i t. d. cor kalēdarii

Hic aūt quia in tractatu de vero ciclo lunari et in tractatu de cor rectione kalendarii plura scripsi de āno lunari et eius mensibus / hic addam vtilē distinctionem de multiplici mēsis lunaris acceptione. Scien dum itaq q quadruplex est distinctio mēsis lunaris quia vnus dicit mē sis medie coniunctionis viz Solis et Lune de quo et eius quātitate satis i dictis tractatibus dictū est. Alius dicit mēsis peragrationis qui habet. 27 dies et. 8. horas sicut tetigi in primo capitulo tractatus de ymagine mūdi Alius est mēsis manifeste apparitionis et hic secūdum Galienū tercio de creticis diebus hz. 26. cū dimidio. Alius dicit mēsis medicinalis qui cō ponit ex mēse manifeste apparitionis et medietate excessus quo mēsis pe ragrationis excedit mēsem manifeste apparitionis. Et istud trahit ab Aui cēna in quarto canōis sen. secūda tractatu secūdo capitulo secūdo. Et a Galieno vbi supra vnde relinquit q mēsis medicinalis sit. 26. dierum et . 22. horarū et diuidit per quattuor septimanas quarum quelibet nō otinet septem dies cōpletos sed solū sex dies et. 17. horas cū dimidia. Quod sic patet quia medietur. 26. dies et. 22. hore et erūt. 13. dies et. 11. hore pro dua bus septimanis illius mēsis et totidem pro aliis duabus / qui dies et hore si diuidātur erūt sex dies et. 17. hore cū dimidia pro qualibet septimana. Et ad hāc cōputationem debet cōsinuare medicus in iudicādo de creticis

debz medicus ad hanc cōputacionem aduertere in iudicādo de creticis diebz

diebus unde patet q in hoc sicut et i pluribus aliis medicus habere debet astronomice sciētie aliquam noticiā sicut et quilibet phs. Hec igit de eluci datione tractatuum nostrorum dicta sufficiant.

Hic aūt operi finem imponētes Deo gratias agimus quia. 8. tracta tus satis utiles ex sapiētum dictis ipso donāte collegimus. Primū de ymagine mūdi. Secūdum de epilogo eius. Tercium de correctione ka lēdarii. Quartum de vero ciclo lunari. Quintum de legibus et sectis cōtra superstíciosos astronomos. Et tres ultimos de cōcordia vere astronōie cū theologica et hystorica veritate. Scimus aūt quosdam nobis obiecisse q professionem nostrā et similiter etatem magis decuisset circa theologi ca quā circa illa mathematica studia occupari. Quibus pro nostra excusa tione respōdemus q in illis nō sic intemperate vacauimus quin etiā plu ra de materia presentis scismatis et uniōis ac reformationis ecclesie mul tosq tractatus utiliores theologicos scriberemus. Nec illa tū a theologi co studio prorsus credimus aliena / sed potius si absq varia curiositate aut curiosa ostētatione sciant ad fidei et theologie decorem ac utilitatem ecclesie pertinere. Nec decens estimamus esse vel utile policie xpiane theolo gice scientie professorem ea que in dictis tractatibus scripta sunt penitus ignorare. Hec itaq ad dei laudem et gloriam finiant qui sine fine viuit et regnat in secula seculorum.

Apologetica defensio astronomice veritatis.

q Uerunt aliqui de natiuitate xpi vel Marie matris eius utrū sub iecta fuerit astrorū legibus / de cuius questionis materia scripsi bre uiter in tractatu de legibus et sectis cōtra superstíciosos astronomos ubi mediū tenere docui inter extremas duas opiniones / quarum una astrono micam potestatē nimis extollit / alia nimis deprimit. Et hanc extremā de pressionē persuadere nitit venerāde memorie magister Henricus de Has sia in quodā sermone de natiuitate beate Marie qui incipit. Ipse funda uit eam altissimus. Ubi quantū ad natalem cōstellationē primo dicit q in hora qua nascebat nō influxit ei ille tardus Saturnus torporem igna uie. Nec Jupiter dator substantie ardorē auaricie. Nec Mars feruorem iracūdie. Nec Sol ambitionem dignitatis. Nec Mercurius desideriū curi ositatis. Nec Venus incendiū luxurie. Nec Luna dispendiū incōstantie. Nec Caput draconis hanc prolem fortunādo exaltauit. Nec Cauda ifor tunando humiliauit. Nec aliquid taliū ipsum viciose inclinauit / licet āt hec cōclusio ex speciali gratie priuilegio de beate huius virginis natiuitate cōcedatur. Non tamen vr cōcedenda illa quā subdit generalis probatio astronomice veritatis quasi penitus exclusiua Ipse nāq ad illius cōclusiōis

probationem assumit q vanū est ꝛ superstitiosum ꝛ xpianis auribus ab sonum ꝛ indignū credere q bona stellaꝝ natura aut dispositio nascentes peruertat varios vicioꝝ fomites. Juxta illam astrologorū opinionem ipsis ĩprimat. Cū̃ huic vane superstitioni cōcorditer ꝛ ex intentione cō tradicunt scripture sancte ꝛ sancti doctores vt Augustin⁹ de ciuitate dei .26. capitulo ꝛ in multis suorum libroꝝ aliis passibus. Et iterū Ambro sius in suo examerō claris ꝛ efficacibus articulis ostendit vanitatē hui⁹ superstitionis sicut ꝛ alii doctores sancti qui in principiis vere phīe fue runt enutriti hec ille. Sed quātum ista habeant veritatis ꝛ qualiter sanc torum ꝛ doctoꝝ scripta in hac materia debeant intelligi declaraui in pre allegato tractatu ꝛ amplius in tractatu de cōcordia theologie ꝛ astrono mie/ego aūt nō astronomie veritatem sed quorūdam astronomoꝝ vani tatem secū reprobo sicut iam dudū adhuc iuuenis reprobaui in quodam sermone coram francoꝝ rege. Cuius initiū fuit Vidimus stellam ei⁹ in oriente. Et amplius in quodam tractatu seu questione de arte cognoscē di ꝛ discernendi veros prophetas a ffīs super verbo Attēdite a falsis ꝓ phetis ꝛ in pluribus aliis scripturis meis. Sed adhuc secūdo inuehit iste doctor ꝛ dicit q quantū ad leges astroꝝ quibus illa damnata supersti tio astronomoꝝ hominū natiuitates subicere cōsueuit. Clarum esse debu it omnibus xpianis ex premissis ꝛ aliis catholicis traditionibus q hāc diuini operis prolem nō gubernauit in vtero per vices ordo planetarū Nec Jupiter ille vt dicunt nouū mensem gubernans huic virgini natalē ortum parauit. Et vlterius ait q etiā nullū ipse Animodar huius nati uitatis angulū cōformauit contra verbū .72. cētiloquii. Nec Luna ascen dētem cōceptionis in hac natiuitate occupauit cōtra verbū .2x. eiusdem li bri. Nec yles hui⁹ prolis vitam qualificauit. Nec alhocodē annos vite eius mensurauit. Nec atazir ipsius yles in abscisorem hanc mortificauit hec ille. Sed ista facilius est dicere quā deducere vel ea probare etiā ex ca tholica traditione quia fides nō cogit dicere q hui⁹ sancte prolis natiuī tas omnē huiusmodi astroꝝ influxum excluserit sicut nec cogit dicere q Sol eam nō calefecit. Nec Luna eam humectarit vel q eloꝝ virtus que ab astroꝝ dependet virtute eam nō qualificauerit vel alterauerit. Sz ter tio specialiter descendit ad probandū vanitatem ꝛ falsitatē regule supra tacte. Cuius intentio est q ab instanti conceptionis Saturnus gubernat ēbrionis formationem vsq ad mensem vnū. Et Jupiter per secūdum mē sem ꝛ ita deinceps sic q octau⁹ mensis iterū est Saturni quo plurimi tūc nascentes interficiunt vt dicūt. Ista positio vt ipse ait vana est ꝛ friuo la ꝛ contra traditionem phōrum ꝛ medicoꝝ. Nam scdm Albertum libro nono de animalib⁹ ꝛ Auicenna tercio canonis. Talis est operationis natu re ordo in formatione ēbrionis q primo si materialia illa debite in loco cōuenienti cōcurrant fit ibi quasi quedā spumosa ebullitio lactea in qua

reprobauit actor astronomos in uno sermone coram rege francorum//

virtus elementorum ab astrorum dependet//

qualis est operationis nature ordo in formatione ebrionis//

fiunt triũ quasi vesiculaꝝ seu ampullarum separationes pro tribus mẽbris principalibus scilicet epate corde ⁊ cerebro formandis· In secunda vero formatione naturali fiunt ibi quedã gutte rubee ⁊ quasi quedã filia rubea· In tercia operatione quãdo iam sunt.17· dies a conceptione apparet tota massa quasi sanguinis coagulati/demũ· In quarta operatione q̃ completur cõiter·21· die apparet totũ caro ⁊ cognoscunt̃ ĩ illa carne tria dicta mẽbra principalia. Ab hinc vero usq; ad.36· dies vel circa a conceptu diuidit̃ caput a scapulis ⁊ venter ⁊ duo latera incipiunt sensibiliter apparere Ita ꝙ in·36. vel ad maius in·40 diebus secũdum expertos fit formatio seu effigiatio ẽbrionis humani qui post quattuor mẽses vel circa cõsueuit moueri vt medici tradũt his premissis fortiter inuehit iste doctor dicens. Attendat phs̃ q̃ꝫ friuola ⁊ fatua sit astronomoꝝ opinio planetam frigidũ ⁊ siccum putans dñari qualis dicit̃ Saturnus super ẽbrionem fere per tẽpus formationis sue cũ manifestum sit ꝙ dicte op͞ationes nature fiant a calore naturali cuiꝰ est successiue per digestionẽ materialia ingrossare ⁊ in sanguinẽ ⁊ carnẽ cõuertere ⁊ instrumentaliter ẽbrionem formare· Item nimis fatuũ est putare ꝙ sub dñio qualitatũ mortis que sunt frigiditas ⁊ siccitas fiat dispositio primaria ad vitam que in calido ⁊ humido cõsistit. Rursus dicant illi qũo cum Saturnꝰ influat naturaliter ⁊ nõ libere cessat dñari ẽbrioni lapso primo mense quo peracto dimittat. Ioui per mensem secũdum in quo ctingit quãdoq; Saturnũ in celo fortunatorem esse quã in primo mense. Insuper dicant quo ingenio per viã experientie aut rationis sic esse cõpertum sit· Postremo dicãt quo peruersitatis cõsilio vel instinctu Saturnus in octauo mense mortificet ẽbrionem vel fetũ quẽ in primo a cõceptione gubernans ad vitam disposuit vt asserunt. Ex his cõcludit ꝙ veris eruditis phis potest faciliter apparere vanitas ⁊ falsitas nõ solum illius prime regule sed etiam aliarum astronomice superstitionis regulaꝝ que superiꝰ introducte sunt quas indignũ reputauit particularius reprobare sed magis irrisione dignas existere tãq̃ꝫ gentilium adinuentiones superuacuas hec ille· Hic aũt ego fateor ꝙ rationes iste multũ sunt apparentes ⁊ nõ modicum difficultatis inducũt sed cõtra philogicas ⁊ theologicas veritates constat etiam sepe fieri apparentes rationes quibꝰ solutis elucescit plenius veritatum claritas vnde nec desunt astronomis respõsiones sue· Quibꝰ contra premissa veritatem astronomicã intueãtur sed eas hic particulariter discutere nõ est presentis negocii/hic tñ vnum generale responsionis fundamẽtũ tãgere non omittam. Vnde dico ꝙ astronomi nõ attribuũt ordinez illũ planetaꝝ ad menses quibus format̃ ẽbrio vel fetus in vtero solum vel principaliter propter ẽbrionis fomentũ vel vitalẽ formationem per viuificum calorem naturalẽ quia sicut bene arguitur/hoc nõ est Saturni proprium sed est principaliter Solis officiũ non solũ pro mense vno sed ꝑ

toto tempore quo fetus est in vtero propter quod notãter dixit Aristotiles q homo generat hominẽ ⁊ Sol verũtamen Sol principaliter influit in quarto mense qui ei secũdum ordinem planetaꝝ assribit ⁊ ideo post quattuor menses vel circa fetus cõsueuit moueri sicut ipse allegat ꝓpter aliam ergo cãm astronomi illum ordinem planetarũ attribuũt mensib9 supradictis viꝫ propter aliquã specialem virtutẽ eis quãtum ad hoc a summo creatore inditã. Quia cũ eius immensa sapiẽtia eos scdm situm ĩ celis vel speris. ⁊ sic ordinatissime disposuit quid mirũ si eis specialẽ virtutem dederit vt secũdum eoꝝ ordinem rebus aliis hic inferi9 producendis ordo daret᷑ sicut ẽbrioni ⁊ rebus ceteris suo modo. Et ponam in hoc exemplũ notabile in quo cõcordant nõ solum astronomi sed phi ⁊ medici. Nec discordãt theologi viꝫ q sicut dicit cãpanus. Ex ordinatione creatoris gloriosi dispositũ est vt singuli planete successiue in quolibet orizonte dñentur singulis horis successiue a principio instanti tẽporis vsq ad vltimũ eo q planete per temporis curricula inferiora mouẽt ad generationem cõseruationem ⁊ corruptionẽ licet Sol maxime vt experientia docet. Et ideo vt ipse ait cõueniens fuit vt in prima hora temporis Sol dñium hore sibi vendicauerit ergo Venus dñium habuit in secũda Mercuri9 in tercia Luna in quarta Saturn9 in quĩta Jupiter in sexta Mars in septima. Sol iterũ in octaua. Et deinceps ceteri eodẽ ordine semp durante tempore redeũdo semper circulariter a Luna que est vltima ad Saturnũ qui est primus deinde describendo ordinate per singulos medios. Et sic in.27.hora que est prima secũde diei dominabit᷑ Luna. Et in.49. que est prima tercie diei Mars ⁊ in.73. que est prima quarte diei Mercurius. Et in.97. que est prima quinte diei Jupiter. Et in.121. que est prima sexte diei Venus. ⁊ in.145. que est prima septime diei Saturn9. Rursus aũt in.169. que est prima octaue diei reuertet᷑ dñium ad Solẽ. Et ita deinceps secũdum predictum circuitũ. Et q hec applicatio vera sit ⁊ nõ vana aut superuacua multipliciter declaratur primo quia phĩ primi ista ↄsiderantes distinxerũt tempus per septimanas dieꝝ naturalium qui in hoc nõ absurde secuti sunt creatorem per vnã harum calculationũ operãtem.6.diebus ↄtinuis õnia per ordinem faciendo ⁊ quiescendo septimo die ab õni opere quod patrarat. Et vocat᷑ quelibet haꝝ circulationũ septimana A septẽ ⁊ mane sic dicta quia ipsa ↄtinet septem mane hoc ẽ septẽ primas horas dieꝝ naturaliũ a planetis septem dñatas ordine supra dicto/secũdo patet propositũ quia ex hac ↄsideratione phĩ denominauerunt quẽlibet diem ab illo planeta qui in prima ei9 hora dñium optinet vt diem primũ quẽ dñicum vocamus nominauerunt diẽ Solis. secundũ diẽ Lune. terciũ diem Martis. quartũ diem Mercurii. quintũ diem Jouis. sextũ diem Veneris. septimũ quẽ diem sabbati dicimus propter memoriã veteris legis vocauerunt diem Saturni. Vnde ex his cõcluditur

Solem esse super Venerem & Mercuriũ sicut eum posuit Ptholomeus et nõ sub ipsis sicut eũ posuerunt plonici geber. Aliter enim diẽ Solis qui ẽ dies dominicus sequeret dies Jouis & deinde dies Mercurii & post diẽ Saturni que vocat dies sabbati. Et hanc sequeret dies Veneris & p'ea Lune & ꝯsequenter dies Martis deinde rediret ad diez Solis quod apd õnes absurdum est & nũq̃ auditum. Ex his etiam sequit ꝙ merito Lũa que post Solem sensibili9 operat tanq̃ secundũ luminare maius i appa rentia debuit in prima hora secundi diei sibi dñium vendicare sicut Sol qui est fortior õibus prime diei. Primam horã obtinuit vnde ex his pa tet ꝙ dicta applicatio planetaꝝ ad horas dieꝝ valde est a phis & cõiter ab omnibus approbata/ tercio etiam idem patet ꝙ a medicis peritis ob seruat. Nam cognita die electa ad fleubothomandũ considerant horã di ei ꝯuenientem qua aperienda est vena cognita differentia inter planetas quis eoꝝ sit beniuolus quis maliuol9 quis indifferẽs quis medius. Nec solũ in fleubothomiis sꝫ & in aliis quidẽ ista nimis curiose ꝯsiderant. Vn de Bacon magnus doctor anglicus in epistola ad clementẽ papã. Nõ lau dat vulgi ꝯsuetudinem quia principiũ diei sabbati qui est Saturni pla nete maliuoli nõ attendit. Sed illa die in cunctis pre ceteris cũcta operat Ego vero eũ in hoc nõ laudo sicut nec pluribus aliis in quib9 nimis ex cessiue mathematicã potestatem extollit. Nõ enim decet theologũ doctorez populũ catholicum ad taliũ horaꝝ supersticiosam electionẽ inducere. Hic vero notandũ est ꝙ scdm aliquos illa que hic superi9 recitata sunt de do minio planetaꝝ secundũ successiones horaꝝ diei & noctis intelligi debẽt de horis inequalibus de quib9 quilibet dies artificialis similiter & nox quantũcunq̃ breuis vel longa fuerit habet. 12. horas precise quas cãpa nus vocat tẽporales & Joannes de sacrobosco naturales & nõ de horis equinoxialibus seu equalibus quaꝝ quelibet est. 24. pars diei naturalis de quibus dies artificialis habet quãdoq̃. 12. qñq̃ plures quandoq̃ pau ciores & etiã proporcionabiliter nox artificialis insuper iniciũ diei arti ficialis in proposito sumit ab ortu Solis & ista dicũt patere in alkabicio differentia secũda capitulo vltimo hec igit paulisper ab incepto disgres sus hic incidenter inserui quia si doctores catholici sequentes in hoc cõem omniũ sententiam cõcedant istam applicationez dominii septem planeta rum ad horas diei que fiunt in vniuerso Nõ video cur pertinaciter nega re debeant illã supratactam applicationem astronomoꝝ dominii eorũdẽ planetaꝝ ad nouẽ menses ãni respectu prolis que fouet in vtero & hec de isto sufficiant.

Ed iam ad principale propositũ regrediens dico pro cõclusione fi nali ꝙ sicut christus de lege mosayca loquens ait. Nõ veni legẽ sol uere sed adimplere sic etiã nec ipse voluit soluere legem nature viz quan tum ad ea que circa ipsum vel eius virginem matrem acta sunt cõi modo

humano vel naturali vt excludam in his ea que diuinitus speciali priui legio nō nature sed gratie facta esse xpiana tradidit autoritas. Nam in aliis verū est iuxta apostoli sententiā q per omnia voluit assimilari fra tribus id est ceteris hominib9. Et ideo cōcludo q nō solum christi ōceptio vel natiuitas benedicta vel beate virginis matris ei9 sed tota eoꝝ vita mortalis sicut ceteroꝝ hominum naturalis cōditio quantū ad illa subiec ta fuit naturalib9 legibus nō solum astrorū vel corporum celestiū sꝫ etiā etiarum celestibus subiectoꝝ vt supra tactum est sed nō quantū ad alia in quibus nec ipsius nature potētia nec potestas astronomica se extendit prout hec plenius in preallegatis tractatibus declaraui. Nec huic cōclu sioni cōtraria est catholicoꝝ doctoꝝ traditio sicut ibidem dixi vnde etiā ille magnus Albertus. Magnus vtiqꝫ phūs astronomus ꝛ theolog9 quē magister prefatus de formatione ēbrionis pro cōfirmatione sue opinio nis allegat astronomicā potestatem nō sic deprimit q eam a christi nati uitate nitat̄ excludere ipse enīꝫ de ea loquens allegat illud quod dicit Al bumasar differentia prima tractatu sexto in capitulo de ascensu ymagi num vbi ait. Et ascendit in prima facie Virginis puella ꝛc̄. Et subiun git Albertus. Et iam scim9 q ascendēte eadem pte celi natus fuit dn̄s Je sus xp̄s. Et hoc fuit ascendente. 8. gra. Virginis vel circa prout patet ex figura natiuitatis xpi quam descripsi in tractatu tertio de cōcordantia astronomie cū theologica ꝛ hystorica veritate. Hic tn̄ notāter dico q iu dicia astronomica de natiuitatibus nō solū christi aut Virginis matris eius sed etiā ceteroꝝ hominum pre ceteris aliis iudiciis astroꝝ valde dif ficilia sunt ꝛ incerta ꝛ hoc satis cōfitentur peritiores astronomi. Et ideo sancti doctores theologie illā partem astronomie specialiter impugnant quoꝝ tamen rationes quātum ad hoc magis probare vīr sciēdi difficul tatem q̄ȝ scientie impossibilitatem. Hec igit̄ de his dicta sufficiant absqꝫ assertione temeraria sed cū omni reuerentia ꝛ humilitate ꝛ sub correctiōe quorūlibet probabilius dicentium.

Explicit Apologetica defensio astronomice veritatis A dn̄o. P. cardi nali Cameracen̄ Datum Colonie Anno xpi. 1419. die. 26. septembris.

Sepe ꝛ multum hoc mecū cogitaui cur magni doctores theolo gi etiā in scientiis mathematicis peritissimi qui astrologiā de motibus celestium corporū laudauerunt astronomiā de iudi ciis nihilominus extreme cōdemnauerunt. Cum tamen illa ad istā finaliter ordinari videat̄. Et vt omissis antiquioribus nunc de his loquamur quos nostris vidi temporib9 precessit illum quē supra memo

II raui. Alius doctor eximi9 magister nycolaus oresme qui sup hac materia

specialiter scripsit tractatū. In quo utiliter suadet ꝙ reges aut principes noxia curiositate sollicitit nō nitant᷑ vanis artibus occulta perquirere et inuestigare futura quod fieri solet per astronomie iudicia. Et hoc utiqꝫ illis nō ꝯuenit quoꝝ tota intentio pro rei publice regimine debet esse in cōsiliis practicis ⁊ negociis agibilibus occupata. Unde Virgilius cū plures artes numerasset Inter quas etiā astronomicam cōmemorat illā aliis exclusis que principatū romanuꝫ decebat subiūxit dicens. Te regere imperio populos romane memēto he tibi erūt artes paciqꝫ imponere mores parcere subiectis ⁊ debellare superbos. Cū ergo in his deceat ⁊ esse expediat principem occupatū indecens est ipsum esse in superfluis ⁊ sibi impertinentibꝰ curiosum. Et hec utiqꝫ ꝯclusio vera est ⁊ principū cordibus imprimenda ac etiā maxime ecclesiasticorum prelatorum.

virgilius

te regere īperio populos romane memento

Ed aliam cōclusionem subiungit que mihi vr̄ astronomiā de iudiciis astroꝝ nimis generaliter cōdemnare. Quia dicit eā tanqꝫ superstitiosam curiositatē nō esse solum interdicendā principibus sed etiam ōni homini dissuadendam. Et hoc probare nitit᷑ autoritate ratione ⁊ experimento. Et primo dicit ꝙ debet cuiuis sufficere tantoꝝ virorū autoritas cuiusmodi sunt Augustinus Gregoriꝰ Hieronimus Ambrosiꝰ Origenes ⁊ ceteri doctores qui astronomiā de iudiciis inutilem ⁊ periculosam affirmauerunt atqꝫ multū inimicam catholice veritati. Eoꝝ vero autoritates longuꝫ esset inducere sed m̄lte recitantur in decretis. xxvi. q. secūda. Secūdo dicit ꝙ nō imerito a doctoribus reprobatur quia propositiones que in libris iudicialibus posite sunt vt plurimū sunt ficte ⁊ volūtarie diuinate vt patet cuilibet nō affectato intuenti hos libros. Qua eniꝫ ratione potest dici de gra. zodiaci quia vnus est lucidus ⁊ vnꝰ masculus ⁊ multa hmōi de domibus quoqꝫ planetaꝝ ⁊ similibus multis quis dabit ratonē vel cām ⁊ quid magis ficticiū qꝫ de ymaginibus none spere de qua vtrū sit dubitatur ⁊ magis est verisimile ꝙ nō sit. Unde scdm Auerroym. 12. methaphisice aristotilis hic error de ymaginibꝰ celi ortū habuit ex corruptione phie ⁊ fabulis gentilium. Tercio dicit ꝙ falsitas libroꝝ de iudiciis multis experientiis probata est ⁊ quotidie probari potest ⁊ pro exemplo ponit vnā eorum regulā que dicit. Quotiens Luna peruenerit ad graduꝫ ascendentē hora ꝯiunctionis eius cū Sole si ille gradus fuerit pluuiosus pluet in regione illa in qua tūc ascendet. Huius aūt regule oppositū sepiꝰ expertum est qꝫ propositū ⁊ sic de multis aliis regulis que qualitercūqꝫ moderate eo ipso nō sunt regule ꝙ vt plurimū fallunt. Et ideo experti in illa arte nō audent per illas iudicare quia probari potest statim an p̄nosticata sint vera sed iudicauit per natiuitates de hominū fortunis ea que nō cito eueniūt aut que in vtrāqꝫ partem interpretari possunt quod si de mutationibus temporꝫ de impressionibus aeris vt de ventis ⁊ pluuiis q̄ imediate subiacent celo ⁊ que nō possunt per libertatem humanā ipedire

+ contra iudicijs

tātos doctores sōs sēpserūt cē astronomiā de iudicijs piculosam ⁊ inimicam catolice veritati

multa g astronomia p. x. et a

astronomi experti nō audent iudicare ea q̄ statim possunt pbari quia ars ista nō ē certa

nesciunt iudicare quo ergo est credendu q possint aliquid certitudinaliter aut probabiliter dicere de hoim fortunis per natiuitates interrogatones vel hmoi vanitates. Quid dicet de gemellis quos costellatio eadem concep tionis et figure natiuitatis indeprehensibilis variatio deberet efficere co similiter fortunatos. Cuius contrarium plerumq videtur. Sicut arguit contra eos Augustinus de Jacob et Esau sed quia dicerent forte illud miraculo sum fuisse inducunt hystorie gentilium. Na in causis Quintiliani narra tur de duobus geminis ita similibus vt simul et semel inciperent et desine rent infirmari quoru vnus occasus est alius no idem patet de remo et romu lo quos Juuenalis memorans inquit geminos sub rupe quirinos etc. de q bus narrat Titusliuius libro primo qualiter eos eodem partu editos dis par fortuna separauit. Item de duobus aliis inquit Lucanus. Stant gemi ni fratres secu de gloria matris quos eadem varus genueru viscera fatis discreuit mors seua viros vnumq relictum etc. Et de pluribus aliis simili bus narrat Plinius septimo naturalis hystorie. Vnde Augustinus septi mo cofessionu. Postq contrarias enarrauit fortunas duoru no geminoru sed tamen in vno indistinguibili momento natoru tandem intulit dicens. Certissime collige ea que cosideratis constellationibus dicent no arte dici sed forte etc. Ex quibus finaliter cocludit ille doctor q licet coplexionu diuersitas sit aliqualiter a celo que animos hominu ad varios mores si ne tamen necessitate inclinat. Tamen hoc astrologi nequeut prescire. Tum quia proportiones motuu celestiu sunt instabiles. Tu quia vires astroru ignote sunt. Tu quia eorum iudicia friuolis persuasionibus vallata sunt vt in suo examero notauit Ambrosius. Vnde plurima que in eoru libris scripserunt potius possent improbari rationibus qua probari sed satis sufficit q per effectus et experientias ostensum est huiusmodi studiu perni ciosum fore fatuu et inane. Cuius etiam signu est quod plerumq isti plane tarii in suis iudiciis non cocordant hec ille.

Irca premissa que prima facie multu colorate et apparenter dicta sunt/hic aliquas propositiones subiugam. Prima est q plurima premissoru faciunt ad confirmationem eoru que scripsi i tractatu de legibus et sectis cotra superstitiosos astronomos. Et specialiter pro vna conclusio ne finali qua ibi confundit error eoru qui p astronomia de iudiciis pre sumut non solu generaliter sed particulariter et distincte precognoscere at q predicere euentus contingentiu futuroru vt ibidem patet. Secunda est q propter hoc non tollit astronomie de iudiciis autoritas nec penitus eua cuat eius ab antiquis phis approbata potestas. Et hoc pulcre et diffuse probat Bacon in epistola ad papa clementem respondendo autoritatibus et rationibus apparentibus in cotrarium. Insuper Albumasar in maiori i troductorio. Et alii periti astronomi respondet instantiis que solet fieri cotra hanc nobilem scientia. Et vnus qui alios vtiliter abbreuiauit. viz

Leupoldus in tractatu tercio summe sue qui est de probatione sciencie iu diciorum repellit decem sectas seu errores eidē repugnātes. Quibus repulsis ostendit huius sciencie vtilitatem. Et ponit aliquos amphorismos seu regulas generales quibus clare ostendit quod ipsa experimentis et rationibus sufficientibus nō immerito est a phis approbata. Ad hoc finaliter tendēs quod cōtradicentiū huic diuine sciencie stolidas confutet. Et ipsa ex suis fructibus inestimabilibus cōmendabilis et admirabilis habeatur et osequēter ab omnibus cū summo mentis desiderio appetatur. Sed his omissis breuitatis gratia ad aliqua particularia supratacta descēdo. Hec ergo sit tercia propō quod distinguere vel consignare in zodiaco et eius signis diuersos gradus et domos vel exaltationes et huiusmodi quibus astronomi attribuunt varias proprietates seu proprias virtutes nō est penitus reprobandum. Et ad propositum dixi capitulo primo tractatus de ymagine mūdi quod in signis et partibus zodiaci varie proprietates et virtutes ab astronomis assignantur que nec superstitiose credende nec superbe contemnende sunt illi aūt vnr superbe cōdemnare qui generaliter dicūt quod propositiōes de his et similibus in libris iudicialibus posite ficte sunt et volūtarie diuinate. Nō est enim verisimile quod tot et tanti viri qui hmōi libros scripserūt illa voluntarie fingerent vt posteros deciperent et inficerent erroribus genus humanū sed verisimilius est quod illas regulas suas posuerūt ex aliqua ratione vel causa licet nō statim appareat nobis clara. Vnde cur ad ista ponenda moti fuerint postea aliqualiter declarabo. Nec obstat quod obicitur de ymaginibus none spere pro quo sit ista quarta propō quod licet probabilius sit nonā speram esse quam cōtrarium tamen nō est necesse in ea ponere illas ymagines quas probabiliter posuit opinio quorūdam astronomorum. Nam ille possunt poni in octaua spera sicut tetigi in primo capitulo tractatus tercii de cōcordia astronomie cū theologica et hystorica veritate vbi narraui positionem Thebith de motu octaue spere vnde dicit cāpanus quod ymagines signorum otinentur in nona spera denominatiue tantū sed in octaua secūdum veritatem et ita potest dici de aliis ymaginibus celi. Insuper nō obstat instātia illius regule. Quotienscūque Luna peruenerit ad gradum ascendētem etc̄ que licet vera sit inquantū concernit influentiā Lune tamen per aliam potest influentiam retardari/propter quod sit hec quinta propō quod astronomus nō debet per vnam regulā iudicare de temperie vel itemperie aeris sicut de pluuiis et ventis et aliis hmōi sed debet in his et aliis iudiciis ad multas ōsiderationes diligenter attendere. Et hoc patet ex his que tetigi in prologo dicti tractatus et in .2x. capi eiusdē. Preterea nō obstant his que dixi ea que obiciuntur de gemellis pro quo sit hec sexta propō quod omnia alia et illa ibidem obiecta probant huius sciētie maximam esse difficultatē et maxime incertitudinaliter iudicando de natiuitatibus sicut supra dictū est sed nō probant huius sciētie falsitatē

aut impossibilitatem quia licet vt ille ait proportiones celestium motuũ perfecte nõ essent scibiles aut virtutes astroꝝ nõ essent ex toto perfecte cognite tamen de his talis haberi potest per hanc scientiã cognitio que debꝫ reputari ad aliqua iudicia sufficiens· Et si quãdoqꝫ etiã aliqui forte minus periti astronomi errent in iudicãdo vel etiã si inter peritos sit quãdoqꝫ in iudiciis diuersitas aut nõ plena ↄcordia nõ est tamen propter hoc ista scientia ↄtemnanda nec eius studiũ ↄtemnendum· Cũ similia etiã cõtingant in aliis scientiis licet forte plus in ista qꝫ ĩ aliis quia est magis difficilis· Sꝫ restat supratacta duratio qua ratione vel cã posuerunt antiqui tot ⁊ tantas propõnes de iudiciis astroꝝ. Et vnde taliũ veritatẽ ↄcludere potuerunt· Hic dico ꝙ partim per experietiam ptim per rationẽ naturalem vnde ex pluribꝰ effectibus p eos ⁊ eoꝝ predecessores ex ptis a posteriori ratiocinãdo illas cognouerũt ⁊ ex similibus similia ↄcluserũt. Et licet de hoc multa induci possent exẽpla/hic tamen vnũ ponere sufficiat ꝙ satis videt᷑ ad propositũ pertinere · Nam aliqui astronomi·7·planetas applicant ad climata. Et licet a diuersis diuerse ponant᷑ in hoc assignationes signoꝝ ⁊ planetarum ex qua varietate magna in hoc oritur incertitudo sicut notaui in tractatu de ymagine mũdi capitulo quarto · Tamen opinio Albumasar ab astronomis reputat᷑ verior que attribuit primũ clima quascũqꝫ regiones ↄtineat Saturni dominio scdꝫ Jouis tertium Martis ⁊ sic deinceps. Et hoc cõcluserunt antiqui ex ↄditionibus terraꝝ ⁊ moribus hominũ eas inhabitantiũ· Vnde quidã autor dicit ꝙ primũ clima est Nateal vel Azatea regio terre oriẽtalis. Jn qua dñatur Saturnus quia illiꝰ regionis homines sunt valde prudentes ⁊ ad aliena capiẽda valde faciles· Secũdum clima dicit᷑ esse egiptus. Jn qua dñatur Jupiter vnde illa terra fertilitate dotata est sine tonitrui impetu siue tempestate ⁊ sine pluuie inundatione perseuerãs. Terciũ est regio syrioꝝ terra promissionis Jn qua dominat᷑ Mars · Vnde ibidem erant prelia ab origine mũdi vt legit᷑ in veteri testamento. Quartũ est maris meditarranei ĩ quo sunt insule marine ⁊ maxima pars grecie vbi dominat᷑ Sol fõs totiꝰ caloris qui opponit᷑ fonti humoris totius· Quintũ clima est regio romanoꝝ deliciis affluens Jn qua dominat᷑ Venus· Sextũ clima ẽ regio burgũdorum ⁊ francoꝝ in quo dominat᷑ Mercurius ↄuertibilis nature Vnde homines illiꝰ regionis sunt garruli facũdi diuites ⁊ filii auaricie ⁊ ad quãlibet artem satis cõuertibiles· Septimũ clima est flandreñ ⁊ ãglorum Jn quo dominat᷑ Luna· Vnde homines illius terre sunt vagi ⁊ instabiles Ludibrio expositi nũc ad summũ nunc ad ymum delati a suo planeta girouago nõ discrepantes. Et hanc applicationẽ reputat quidã magnꝰ doctor anglicus inter alias maxime rationabilẽ sicut ergo in hoc exẽplo sic ⁊ in aliis propõnibus de iudiciis processerunt antiqui cõformando effectꝰ cum cãis quantũ experiri potuerunt· Sed ex hoc statim oritur

.7./ planeta aplicat ad climata/

opio albumazar q̃ verior/ reputat᷑/attribuit p m clima saturno s jouis 3 mars

saturno q a hoies illos s valde prudentes// ⁊ sic de aliis planetis// suã influẽtiã//

alia dubitatio cum scdm fidei veritatem mūdus habuerit/principium fu eritqz vlē diluuium quod antiquoꝝ scripta pro maiori parte deleuit qua liter posteri in tanta temporis breuitate tot ⁊ tanta particularia que in libris iudicioꝝ posita sunt experiri potuerunt. Cui difficultati similis op ponit' in scientia medicine in cuius libris tot ⁊ tanta particularia legun tur de medicinis simplicibus ⁊ eaꝝ graduatione de ēpericis ⁊ eoꝝ occul tis virtutibus ac innumerabilibus aliis hmōi vnde propter ista nō im probabiliter dici potest quod multa de predictis cognouerūt antiqui ali ter q̃z per experientiam vel rationē. Nam preter hos duos modos acqui rendi scientiā alios duos posuit Alkindus in libro suo de radicibus stel larum videlicet q̄ aliqua cognita fuerūt a casū aliqua per reuelationē de his aūt que a casū in cognitione venerunt exemplū esse potest de inuentio ne clisterii ⁊ de inuentione dosis tiriache ⁊ multis huiusmodi de his autē que per reuelationem in scientiis naturalibus cognita sunt hoc notandū est q̄ Alkindus nō loquit' de illa reuelatione que īmediate fit dei inspi ratione sed de illa que fit mediante celi impressione ⁊ ad hunc intellectuz trahūt illud verbū Ptholomei. Sciētia stellaꝝ ex te ⁊ illis est. Quia vide licet aliq̄ ex se id est ex sua naturali dispositione susceptibiles sunt astro nomice scientie ⁊ talibus quandoqz ex impressione stellarū reuelate sunt alique huiusmodi veritates occulte ⁊ ita potuit esse in scientia medicine nō ē tamē incredibile ⁊ q̄ alique huiusmodi veritates etiā per diuinam in spirationez quibusdam reuelate sunt. Et hoc maxime sanctis patriarchis ⁊ prophetis quoꝝ aliqui in scientia astronomie legunt' fuisse periti sicut de Abraham ⁊ Moyse narrauit Josephus ⁊ xp̄iane recitant hystorie. Et hoc facit vtiqz ad laudem ⁊ exaltationē huius veritatis scientie astrono mice ⁊ ad honorem ⁊ gloriam almi conditoris siderum qui est deus bene dictus in secula seculorum Amen.

Explicit secūda Apologetica defensio astronomice veritatis a dn̄o. P. cardinali Cameracen̄ Datū Colōie āno xp̄i .1.4.1.9. die tercia mēsis octobris

Tractatus eiusdem de cōcordia discordantium astronomorum.

De concordia discordantiū astronomoꝝ super significationib9 triplicitatum signoꝝ zodiaci ⁊ applicationibus eorum ad ptes terre aliqua scribere vtile iudicaui. Tū propter multorum ap plicationū dubioꝝ Tum precipue propter ɔplementum ⁊ per fectionem quorūdam tractatuum quos de ymagine mūdi ⁊ concordantia astronomie ⁊ theologie ac hystorice veritatis ɔscripsi. Hui9 eni tractat9 tres erunt ptes. In prima quid Ptholome9 quid Albumasar ⁊ alii astro nomice sciētie sapientes circa hoc dixerūt recitabo. In secūda quid scdm

de inuentione clisterii et de inuentione dosis tiriache//

Sciētia stellaꝝ ex te et illis est/

eorum cōcordiam alii senserint explicabo. In tercia circa hec aliquos pticulares effectus applicabo.

Circa primū sciendū est quod Ptholomeus libro primo sui quadripartiti capitulo. 19. attribuit triplicitatem igneā septētrioni terream meridiei aeream orienti. et aqueam occidenti. Et huic ↄsentit Julius firmicus .10. capitulo secūdo libro sue astrologie. Unde idem Ptholomeus ibidem ita scribit. Prima ergo triplicitas est ex Ariete Leone et Sagittario et ē septētrionalis eo quod dn̄ium cū Sole habet ibi Jupiter. Arietis etiā signū arculum equinoxialē et res oriri cōpellit et hec triplicitas scd̄m eum ventos septētrionales adducit quia Jupiter eorum autor existit. Secūda vero triplicitas que ē ex tribus signis scilicet Tauro Virgine et Capricorno collecta/ Lune Venerique assignata et meridiei ↄuenientior est propter Veneris in ea dominiū que stella hm̄oi ventos adducit. Tercia quidē triplicitas que ex tribus signis videlicet Geminis Libra et Aquario colligitur Saturno et Mercurio attribuitur eo quod in illa domus eorum habent/ et hec triplicitas orientali vento magis ↄuenit propter Saturni dominiū. Quartam aūt triplicitatem faciunt Cancer Scorpio et Piscis. Restat igitur ut Marti donetur et ut ipse in ea dn̄ium excerceat. Et ista triplicitas secundū eum ventos occidētales efficit propter in ea Martis et Lune dominium. Sciendum est aūt quod sicut ibidē quidam ↄmentator ait. Ptholomeus dedit prime triplicitati tantū duos dn̄os Solem scilicet et Jouē. sed alii addunt tercium scilicet Saturnū. Et secunde duos scilicet Lunā et Venerem sed alii addunt Martē. Et tercie duos scilicet Saturnū et Mercuriū sed addunt terciū scilicet Jouē. Et in quarta vnū tm̄ scilicet Martem et ei associat Venerem et Lunā/ et hos eosdem alii ponunt dn̄os huius triplicitatis sed prepostero ordine. Nā Martem ponunt tercium.

Ed idem Ptholomeus in secūdo libro eiusdem quadriptiti capitulo tercio trigonalitates istas et terre angulos aliter distinguit vbi tractauit de similitudine regionū cū triplicitatibus et stellis. Et Arietis Leonis ac Sagittarii triplicitatem inter septrionē et occidentem esse dicit cuius primus dn̄s est Jupiter est enim septrionalis cui Mars in domino associatur qui est occidentalis Tauri vero Virginis et Capricorni triplicitatem inter meridiē et orientem. Cuius primus dn̄s Venus quia est meridiana/ eique in domino sociatur Saturnus quia orientalis Geminorum aūt Libre et Aquarii Triplicitatē inter septētrionē et orientem cuius primus dn̄s Saturnus quia est oriētalis eique Jupiter associatur quia septētrionalis Cancri quoque Scorpionis ac Pisciū triplicitatem in meridiē et occidentē cuius primus dominus Mars qui occidentalis cui Venus ī dominio associatur quia meridiana est. Deinde vero terrā nostram habitabilem in quattuor partes diuidit quas dictis quattuor triplicitatibus adaptat et secundū eas ↄditiones moresque gentiū in illis habitantiū diffuse psequitur

Pro cuius diuisionis intelligentia sciendū est q secundum Ptholomeum ymaginari debet una linea trāsiens ab oriente ad occidens per medium habitationis note ita q ista scidat partem meridionalē a septētrionali. Et dicit haly q ista linea distat ab equinoxiali per·36·gra. et secunduz hanc diuisionem distat ab ultima habitatione in septētrione per·30·gra· vel circa Ita q latitudo ↄtineat·66·gradus et tāta est distantia ab equinoxiali usqȝ ad circulū articum ymmo est. 66·graduū·26. minutoꝝ ꝛ.38· secundoꝝ ut dicit haly vel circa· Unde ex hoc patet q si secundū haly dicta linea transeat precise per mediū habitationis note ipsa non distabit a principio habitationis versus meridiem nisi·30·gra. fere uiȝ quantum distat a fine habitationis versus septētrionem· Et sic principiū habitationis note distabit ab equinoxiali fere per·6·gra·ꝛ a fine habitationis note id est a circulo artico usqȝ ad polum erūt fere·24.gra. Et dicit haly q in fine istius linee vers9 occidentem est passagiū herculis ꝛ hoc ē unde transit' ad hispaniā. ꝛ est ibi mare strictum· Ita q existens in uno latere potest videre existentem in alio ꝛ sunt ibi tres insule quaꝝ unā vidēt trāseuntes ī hispaniā p terrā occidētis. Et in fine eiusdeȝ linee versus orientem sunt ydola tenentia claues ꝛ demonstrantia q ultra illa loca nō est habitatio· Et dicit haly q hercules posuit ista ydola in signum q ipse acquisierat totum mūdum· Longitudo aūt predicte linee est secundum quod dicit haly·180. graduum.

Iupiter

Cancer
Geminī
Taurus
Leo
Circl9 Artic9
Finis terre habitabilis
Medīū terre habitabilis
occid
Saturn9 meri dies
Principiū terre habitabilis
Aries
Circul9 eq̄noxial' sub quo mediū toti9 terre
Pisces
Scorpio
Aquarius
Capricorn9
Sagittari9

His igit᷑ presuppositis secundū sententiam Ptholomei ymaginetur predicta linea diuidi per mediū Ita ꝙ remaneant .90. gra. versus orientem ⁊ .90. versus occidentem. Et ymaginet᷑ hec linea trāsire quasi de polo ad polum. Et sic he due linee diuidunt totā terram habitabilem in quattuor partes que partes diungunt᷑ in loco intersectiōis linearū qui ē punctus in medio terre habitabilis. Hac igit᷑ diuisione intellecta facile ē videre sententiam Ptholomei in ptitione signoꝝ ⁊ terrarum ⁊ poterit quilibet diecturari ad quod signū pertineat quelibet terra per longitudinem enim ⁊ latitudinē regionis sciet᷑ quelibet quarta. Ut verbi gratia ōnis terra cui9 latitudo maior sit .36. gra. ⁊ longitudo eius ab oriente minus .90. gra. fuerit est de quarta septētrionali occidētali ⁊ sic de aliis suo modo. Hic tamen nota ꝙ .180 gra. linee semicircularis que scdm Haly trāsit per medium longitudinis habitationis note de oriente ad occidentē non sunt equales gra. illis .180. gradibus illius linee semicircularis equinoctialis que transit per mediū totius terre quia sunt gra. longitudinis terre nec sunt etiam equales gradibus illius linee semicircularis coluri q̄ transit a polis per mediū longitudinis habitabilis sicut nec circuli predictis lineis semicircularibus correspondēs sunt equales. Quare cum gra. longitudinis ⁊ latitudinis regionuꝫ sint equales in magnitudine oꝫ gra. minores linearum predictarum equare maioribus secundum doctrinā tabule sinus ⁊ sic illi .180. gradus circuli distantis ab eq̄noxiali p .36. gra. valēt pcise .187. gra. 14. minuta 28. scda circuli magni siue eq̄noxialis siue coluri Et per eandem tabulam proportionabiliter possunt equari gradus in aliis lineis paralellis. Que tabula presupponit ꝙ corda seu dyameter .120. graduuꝫ correspondet arcui seu semicirculo .180. gra. Cognita gra. quarta in qua est terra tua scis ꝙ vnum signum triplicitatis illius quarte respicit illam terram ⁊ poteris scire quod ex illis tribus respiciat illam per mores ⁊ consuetudines habitantiū in ea. verbi gratia scim9 ꝙ q̄rta xpianorum est in parte septemtrionali occidentali ⁊ secundū Ptholomeuꝫ Aries Leo Sagittarius dominant᷑ super ipsam. Et si velis scire super quā ptem eius dominatur quodlibet illorum signorum respice ad mores ⁊ consuetudines hominū. Constat autē ꝙ romani fuerūt fortiores ⁊ nōiatiores isti9 quarte ideo conuenit vt attribuatur eis signum nobilius inter tria ⁊ hoc ē Leo domus Solis. Constat etiam ꝙ almani sunt iracūdi de natura Martis ergo conuenit vt eis attribuatur Aries domus Martis. Constat etiā ꝙ hyspany sunt magni exercitii in armis ideo cōuenit vt attribuatur eis Sagittarius quod est signum militie ⁊ belli ⁊ secundum hunc calculatōis moduꝫ procedit Ptholomeus in quartis terre quas pticulariter prosequi dimitto ad eius scriptā ⁊ expositores remittēs quia ⁊ nomina ⁊ cōditōes terrarū non est nobis facile describere.

Ed predicte opinioni Ptholomei contrari9 videtur Albumazar li.

linea distātē ab eq̄nox .36. g li luz q̄ dicit᷑ 180. g. x̄n. g. eq̄nox pcise 195. m. 17. s. 24

nota contradictionē albumasaris dicta ptolomei sup triplicitates

sexto sui itroductorii dfa. 26. in hoc videlz q ibi ponit triplicitatē igneā orientalem esse terram meridionalē aereā occidentalē Aqueaz quoqz septē trionalem. Et huic concordat Alkabicius differētia prima sui introductorii. Ceel quoqz israhelita circa principium sui introductorii necnon et Abraham iudeus cognomine auenesre capitulo secundo sui libri quem vocat inicium sapientie. Messahalach in libro per reuolutionū annorū mūdi. Alii quoqz q̄ plures vt Saphar in suis ysagogis minoribus in libro etiam nouem iudicum habetur idem ab Alkindo dictum. Dicit ergo Albumazar ibidem Aries vero Leo ꝛ Sagittarius sunt orientales. Nā Aries est cor orientis ꝛ eius ventus est orientalis. Et Leo est sinistra pars oriētis ꝛ eius ventus est inter orientem ꝛ septemtrionē. Sagittarius vero est dextra pars orientis ꝛ eius ventus est inter orientem ꝛ meridiem. Taurꝰ siquidem Virgo ꝛ Capricornus sunt meridiana. Capricornus enim est cor meridiei ꝛ eius ventus est meridianus. Et Taurus est sinistra pars meridiei eiusqz ventus est inter meridiem ꝛ orientem. Virgo vero est dextra pars meridiei ꝛ eius ventus est inter meridiem ꝛ occidentez. Gemini quoqz Libra ꝛ Aquarꝰ sunt occidētales ꝛ Libra est cor occidentis ꝛ eiꝰ ventus est occidentalis. Porro aquarius est sinistra pars occidentis ꝛ eiꝰ ventus est inter occidentem ꝛ meridiem. Gemini vero est dextera pars occidentis. Ventusqz eius est inter occidentem ꝛ septētrionem. Cancer vero ꝛ Scorpio ꝛ Pisces sunt septemtrionalis ꝛ cancer est cor septētrionis et eius ventus est septemtrionalis ꝛ Scorpio est sinistra pars septētrionis cuius ventus est inter occidentē ꝛ septemtrionem. Pisces vero est dextera pars septētrionis ꝛ eius ventꝰ ē inter septētrionē ꝛ occidentem.

Eo ꝛ illud Albumazar libro primo coniunctionū differentia secūda triplicitatem aeream dat septemtrioni. Aqueam meridei ꝛ occidenti terream ac orienti igneam. Et in ~~hoc secum~~ non videtur cum precedentibꝰ concordare. Nam hic vbi agit de scientia signi fortioris ex signis triplicitatum coniunctionalīū ꝛ appriatione significationis eorum in partibꝰ sibi pertinentibus sic scribit. Dicamus itaqz q cum ceciderit coniuctio in triplicitatem igneam significabit hoc fortitudinē ciuiū orientis ꝛ fortiꝰ signum signis eius est Sagittarius mediocre vero Leo ꝛ debiliꝰ Aries. Et cum fuerit hoc in triplicitate terrea significabit hoc fortitudinē ciuiū occidenter et fortius signum signis eius est Capricornus ꝛ mediocre Virgo debilius vero Taurus. Et cuz hoc fuerit in triplicitate aerea significabit hoc fortitudinem ciuiū plage septemtrionalis ꝛ fortius signum sigīs eius est Aquarius mediocre Libra et debilius Gemini. Et si fuerit hoc in triplicate aquatica significabit fortitudinem ciuium meridiane ꝛ fortius signum signis eius est Piscis mediocre Scorpius debilius autem Cācer ꝛ hoc fit propter fortitudinem dominoꝝ illorum signorum. Ex ōnibus predictis patet q magna est dissonantia de his triplicitatibꝰ inter

nō videtur secū concordare

sapientes astroꝶ que in eorum iudiciis magnã dubitationẽ ⁊ difficultatẽ generant. Nam quidam cõmentator Ptholomei dicit ꝙ ipse ponit ṗmã triplicitatem septemtrionalem alii ponunt eam orientalem ⁊ ponit secundam meridianã ⁊ alii similiter ponunt eam. Sed ponit terciã orientalẽ et alii ponunt eam occidentalem. Et ponit quartam occidentalẽ ⁊ alii ponũt eam septẽtrionalem sed vt ille ait verba Ptholomei sunt magis auctentica ⁊ veriora. Econtra vero Abraham auenasre secunda parte libri rationum seu cansarum loquens de signo Tauri asserit ꝙ antiqui dixerunt de hoc signo quod est meridionale quia sepe experti sunt. Ptholomeus vero discrepans ab eis dicit signa ignea esse septemtrionalia ⁊ signa aerea esse occidentalia. Jacob autem alkindi ait ꝙ signa ignea orientalia sunt sed conuersiua sunt versus septemtrionem ⁊ hoc asserit esse verum. Hec igit᷑ de discordia sapientũ circa hanc materiã dicta sunt.

Vantum ad secundum principale sciendum est ꝙ quondam Henricus de machlinia magnus Alberti magni discipulus predictam discordiam nitit᷑ concordare. Huiusq̃ nexus perplexitatem dissoluere. Cuiꝰ sententiam breuiter explicabo. Primo ergo prenoscendum est ꝙ significationes superiorum corporum ⁊ causalitates eorum super inferiora. Alie sunt vniuersales / alie particulares ⁊ earum alie magis vniuersales alie minus et similiter est de particularibus. Et hoc notauit Ptholomeus in quadripti to libro primo capitulo tercio. Nã vbi ait probatuꝫ est in rebꝰ generalibus ⁊ indiuiduis ⁊c̃. ibi dicit quedam glosa ꝙ res generales vocat generalia accidẽtia ut quattuor tẽpora anni ⁊ niues ⁊ pluuias ⁊ morbos. Indiuiduas vero vocat propria accidentia hominum. Secundo supponendum est ꝙ eadem causa secundum diuersas cõsiderationes ⁊ super diuersas materias diuersas sortit᷑ causandi proprietates per sensum accepta sunt hec ⁊ philosophi sua iudicia secundum hec ordinant vt patet per Abraham auenesre in principio sui libri de natiuitatibus et in suo libro quem intitulat de lumiaribus. Item per aliuꝫ Abraham qui dictus ẽ collector in principio sui libri de natiuitatibus ⁊ per Ptholomeũ scũdo quadripti ti secundo capitulo. Iteꝫ patet hoc per Albumasar in principio sui introductorii capitulo tercio et primo libro de reuolutionibus ãnoꝶ natiuitatũ ⁊ ex intẽtione negociat᷑ Albumazar circa hoc in suo libro cõiũc tõnũ. Tercio notãdũ ꝙ astrologi sed᷒ diuersos mõs difformesq̃ cõsiderationes terram dispti ti sunt. Alii enim ipsam terram diuiserunt / sed totalitatem suam spicam ad instar integralis diuisionis circuli celestis ⁊ hoc appropriando terre angulos ad dispositionem ⁊ naturam circuli principalis qui vocatur zodyacus. Huic enim consonat dictum auenesre in libro rationum vbi loquit᷑ de triplicitatibus et hec diuisio terre est illa que est magis vniuersalis ⁊ ṗmanentior magisq̃ essentialis complexioni ⁊ nature anguloꝶ terre ⁊ regionum in eisdem cõtentaris. Verbi gratia anguli

zodyaci sunt signa tropica. Cancer autem et Capricornus propinquiora sunt terre angulis qui sunt ad polos et magis conuenientia propter frigidam complexionem. Cancer quidem septemtrioni et Capricornus meridiei. Anguli vero orientis et occidentis qui sunt in medio vbi vigēt signa calida in directo sui locata merito dominantia susceperunt. Oriēs quidē quia dextera pars est dignior Ariete propter dignitatem. Occidens vero Libra hec ē ergo vniuersalis sigificatio triplicitatū sup terre angulos de quo intendit Albumasar in suo introductorio maiori suiqꝫ sequaces cum eo vt patet in libro. 9. iudicum. Non longe post principium secundū modum diuisionis terre qui dictus est. Alii vero terram aliter sunt ptiti non secundum eius integritatem sed secundū eius partem habitabilem nobis notam et hoc diuersimode. In secundo quadripti capitulo tercio distinguitur habitabilis hec secundum quartas contentas intra angulos ꝑsignatos et hoc secundum proprietates planetarum ipsius triplicitatib9 predominantium sicut ibi manifestum est et hanc rationem distinctionis q̄ multum differt a iam dicta videt' secutus fuisse iulius firmicus. Albumazar quoqꝫ adhuc est partitus aliter habitabilez vt patet in fine quarti sui libri coniunctionū ibi eum non totam habitabilem sed eius partez occidētalem videtur diuidere in quattuor partes quarum cuilibet suā attribuit quartam partem circuli signorum non quidem secundum triplicitates 'sz secundum tria signa sibi inuicē continua. Ibidem enim dicit ꝙ harū q̄rtarum terre prima est anthiochia et est pars orientis et habet ex signis Cancrum et Leonem et Virginem et ex planetis Solem et Mercuriū. Secunda alexandria et quod est circa eam ex parte meridiei et habet ex signis Libram et Scorpionem et Sagittariū et ex planetis venerem et Lunam et Saturnum. Tercia pars armenie et que circa eam sunt in occidente et habet ex signis Capricornū et Aquarium et Pisces et ex planetis Venerem et Iouem et Martem et Lunam. Quarta constantinopolis et partes eius a septemtrione et habet ex signis Arietem et Taurū et Geminos et ex planetis Mercurium et Venerem. Cuz igitur multiplex sit terre diuisio vt apparet diuerseqꝫ rationes in triplicitatū significationibus reperiant' et considerantur manifestum est ex premissis suppositionibus non esse rationi cotrarium vnam et eandē triplicitatē diuersis ꝑesse terre partibus siue angulis. Et econuerso plures triplicitates super eandem terre partem vel angulum secundum diuersas inqꝫ rationes significandi habere virtutem influendi et cāndi. Amplius autem super est alia diuisio habitabilis secūdum Messahalach in suo libro de reuolutionibus annoꝝ mundi et iuxta Saelem in sua faciddica que quidem diuisio est secundum temperamentū et intemperamentū. Cuius diuisionis pars septētrionalis intpata est ꝓpter frigus excellens et meridionalis intempata ꝓpter caloris excellentiaz Media vero inter has tempata de meliori participans vtriusqꝫ. Vn̄. 1.

politicoꝝ dicit Aristotiles ꝙ aspiciendo ad orbem terre prout occupatus est gentibus que in frigidis locis sunt animositate plene intellectu autē ⁊ arte deficientes propterea libere perseuerant. Nā politizare aut vicinis principari non possunt et hoc quidem rationabiliter. Cum enim vt patet in quarto politicoꝝ necnō ex aliis policia sit ciuitatibus ordo que circa principatus rerum ad hoc pertinentia que sine consilio ⁊ prudentia non possunt que quidem intellectiua sunt vt apparet sexto ethicorū. Igit̄ septemtrionales intellectu deficientes quantū ad hoc vicinis non debēt principari. Sicut autem septemtrionales intellectu deficiētes animositate pleni sunt ita in meridionalibus est contrariū totū vt testatur philosophus eodem capitulo prenotato. Intellectu enim sunt hi artificiosi secundū animam/sine animositate autem propter quod subiecti sunt ⁊ seruientes perseuerant. Horū autē causas ponit philosophus de probleumatibus particula .ix. ⁊ hoc idem vult secundo de partibus animalium quia sanguis grossior est calidior ꝙ subtilis vel minus grossꝰ vt ibidem patet/ vbi calidi ⁊ frigidi multiplicitas distinguit̄. Sunt ergo septemtrionales complexionis calide ⁊ meridionales frigide secundū rationes pretactas. Et huic concordat Auicenna primo canonis fen. secunda doctrina secunda p me summe capitulo secundo dicens ꝙ loca calida nigrificant capillos et crispant ⁊ debilem faciunt digestiuā. Fiuntq; ibi senes in .xxx. ānis ⁊ eoꝝ corda timida quia spiritus multū resoluitur. In locis vero frigidis morantes sunt fortiores ⁊ maioris audacie ⁊ melius digerentes ⁊ ipsi teneri ⁊ albi. Et infra dicit eodem capitulo de locis septētrionalibus habitabilibus hoꝝ locorum hominum iudicium est super iudiciū locorū et temporum frigidorum ⁊ est digestiue bonitas ⁊ vite longitudo et calor vnitus multus. Meridionalium vero iudicia terrarum et tpm calidorū debilia sunt ipsis desideria cōmedendi et bibendi ⁊ quolibet vino grauant̄ ꝓpterea ꝙ eorum capita et stomachi debilia sunt. Item in eodem fen. doctrina tercia capitulo tercio de signis complexionis idē habet̄ et ꝙuis necessarium sit hic ita fore. Nihilominus euitari non potest quin corpora hominum ⁊ alioꝝ forinsecus ad minus associantur dispositione aeris cōtinētis. Ptholomeus autem hoc aduertens dixit secundo quadripttiti capitulo secundo Meridionales esse calide nature ⁊ septemtrionales frigide/sed ꝙ dicit meridionales agrestes fore siue crudeles aut siluestres hoc ex ipsorum timiditate videtur prouenire. Timentes enim de superuentura ab insurgentibus aut se impetentibus lesione qualicūq; ipsi precauere sibi intendentes multotiens ex timiditate crudelitatem in huiusmodi videntur exercere. Et licet siluestria in meridie sint animalia. In septemtrione tamen omnia sunt viriliora vt dicit philosophꝰ septimo de historiis animaliū. Conuenienter ergo excellenter calidi frigidam regionē inhabitant ⁊ frigidi calidam/habituū enim excessus loca contraria saluant et tempora vt

habet libro de inspiratione ⁊ exspiratione Aristotilis ⁊ sicut est de locis
ita est de temporibus vt testatur Ypocras Galienus ⁊ Auicēna affirman
tes vētres eē calidiores hyeme ꝙ̄ estate. Pars āt hui⁹ habitabilis media
que tempata est homines optime complexionis merito cōtinet. Vñ philo
soph⁹ supradicto libro septio politicoꝝ gen⁹ itellectuū ē ⁊c. In quo enim
septētrionales ⁊ meridionales deficiētes sunt a d principādū hoc ꝫ vtrū
ꝙ hec regio. Nam vt dicit nono libro polliticoruꝫ quod quidē eni potest
mente preuidere hoc natura principans ⁊ natura dominans. Isto autem
carent septemtrionales/ meridionales quoqꝫ animositates ad principan
dum impotentes sunt quia vim infert potentior existens vt habet politi
corum tercio propter quod dicunt poete barbaris quidem grecos princi
pari. Congrue secundum philosophū in principio politicorū. Et vt expe
rimentum sermonum horum sit conuenientia eorum cū rebus sensatis res
piciantur septemtrionalia ⁊ inuenientur omnes monarche ex hac dubita
bili porcione processisse et super terram apparuisse suūqꝫ dominiū ex hac
regione ortū habens super alios extendisse.

Ed ex premissis omnibus hec vna conclusio colligitur que ad sequē
tia maxime necessaria est scilicet ꝙ sanguis calidus subtilisqꝫ aliqn
tulum aptissimus est his qui principari debent aliisqꝫ p̄esse siue preuenir
Vnde philosophus secundo de partibus animalium. Optima autem sunt
animalia calidum habentia sanguinē subtilemqꝫ ⁊ purum simul eniꝫ ⁊ ad
virilitatē talia ⁊ ad prudentiā habent bona ⁊c. Et nota diligenter ꝙ hu
iusmodi sanguis non debet esse multum subtilis quia sic esset ineptus ad
animositatem que ad actum principandi magis requirit ꝙ̄ artificiositas
que est secundum animā licet vtraqꝫ sit necessaria et hoc maximum est ex
predictis ⁊ ex sensu similiter. Natura quid enim sanguis est et causa mul
torum ⁊ secundum morem animalibus ⁊ secundum sensum vt habet secu
do de partibus animalium. Talem ergo sanguis naturam calidi rationa
biliter cōsequi audacie siue fortitudo esse bone spei Magnanimitas ⁊ ap
petitus honoris ⁊c. ad actum principandi prouocantia vt testat Aristo
tiles secundo rethorice vbi de iuuentute loquitur. Est autem delectabilissi
mum principari vt eodem secundo habet delectabile vero prosequi est vt
in libro de causa motus animaliū scriptum est et tercio de anima. Organi
cas partes quoqꝫ preparāt ydonee passiones vt cito moueant ad delecta
bilē consecutionē vt in libro eodē de motibus animaliū.

T ꝙ̄uis in hac media regione de qua sermo est sint homines natura
liter principantes orientalis tamen eius pars adhuc est precellenti
or ꝙ̄ occidentalis Tuꝫ quia dextera ut declaratum est secundo celi ⁊ mūdi
Tum quia masculina vt omnes confitenter astrologi. Tum quia eius ha
bitudo ad partem occidentis est cum habitudine motus celi. Occidentalis
vero contra t est feminina similiter pars occidentalis. Vnde Auicenna

cōpans partez occidentalem ad orientalē dicit in primo Fen · sz in doctrina secunda summe prime capitulo secundo q̄ sanitas in occidētalibus min9 existit q̄3 in terris orientalibus cū diminutione multa. Est ergo pars ori entalis regina terrarum suiq3 habitatores optime complectionis ⁊ sicut habituum excessus loca contraria saluant et tempora · Ita natura cū pro priis saluatur maxime locis vt dicit philosoph9 idemq3 est de temporib9 vt preostensum est · Orientales ergo qui naturaliter principantes sunt p̄ eminentes omnibus ⁊ calidi quando fortificant᷑ ⁊ exaltantur super alios per triplicitatem igneam · Cum constet ex signis regalibus vt dicit Albu mazar in sexto sui introductorii capitulo secundo · Abraham collector in libro de natiuitatibus Messehallach Sael in suo introductorio Saphir in suis ysagogis minorib9 Joannes yspalēsis in suis ⁊ in libro iudicuz.

Et ergo triplicitas tamq̄3 dignior ⁊ precelsior ⁊ regalior cessit oriē ti tanq̄3 terrarum regine fortitudoq3 ciuium orientis augeri deb3 ne cessario adiuta triplicitate regali / quod enim temperatum est ⁊ secundū na turam tale a suo sibi vigoratur. Ex sensu quidem patet hoc · Quemadmo dum autem orientales quia natura principantes per sibi simile ⁊ propa triplicitate fortificantur et mouentur ad principandum · Ita septemtrio nales ⁊ meridionales quibus aliqualiter insunt habituum accessus p tri plicitates suis regionibus quo quomō contrarios ad gradum principā di reducūtur vt septētrionales magis fiunt intellectiui · Meridionales quoq3 audaces magis hoc autem conuenientissime fit in septemtrionalib9 per triplicitatem aeream · In meridionalibus vero per aqueam et hoc de necessitate sequit᷑ ex prius dictis. Isto enim modo rationabiliter accidit septemtrionalium sanguinem grossum subtiliari aliquantulum mediante influentia triplicitatis aeree et econtrario meridionaliū sanguinē nimis subtilem sufficienter ingrossari cum vicissitudo ad ip̄os permutat᷑ aquea triplicitate vicem eisdem influente. Sed est hic aduertendū q̄ aerea tripli citas septemtrionalis magis ad dictam dispositionez reducit quā ignea Nimis enim subtiliatiua est ignea ⁊ rare factiua corporū ipsorum ⁊ reso lutiua sp̄uum · Quapropter nimis remittitur secundum hanc viam auda cia eorum. Modicus enim calor fortioris actionis est frigore maioris quantitatis cum frigidum magis passiuum sit q̄3 calidū ut patet ex quar to methemathicoꝝ · Unde frigiditas exterior septemtrionaliuz alteratur a calido aereo sanguisq3 ipsorum ad dispositionē principandi consequen dam aptius subtiliat᷑ q̄3 a calido igneo · Et licet aliquādo accidere possit interuenientibus aliis causis q̄ in triplititate ignea fortificent᷑ septētrio nales vt illo tempore accidit cum Normanni ⁊ Dani galliam ⁊ lothorin giam ⁊ alias prouinchias inuaserunt hoc nō fit de essentiali significatōe illius triplicitatis. Unde essentialius ⁊ conuenientius esse debet vt p̄dixi Consimili vero ratione ingrossatur sanguis meridionalium per frigiduz

aqueum potius q̄ per terreum ⁊ hoc modo audaces fiunt meridionales ⁊ principatiui. Triplicitas ergo aquea calidum in meridionalibus operat' effectum. Aerea quoq; que masculina est consimilem in septemtrionalib9 qui sunt masculini vt testatur philosophus in de generatione animalium quarto ⁊ Auicenna tercio canon̄ fen. 21. tractatu tercio capitulo. 10. de causis masculinitatis ⁊ femininitatis. Meridionales quidez dicunt hi feias esse Remansit ergo terrea triplicitas occidenti que talem effectum causar̄ habet in hac parte qualez aerea ⁊ aquea in suis partibus ⁊ cōsimili ratiōe vt patet intuenti. Item aduerte q̄ hec triplicitas vt est vigoratiua occidētis sic est impeditiua aliarum partium ipisq; nociua ⁊ consimiliter est in reliquis triplicitatibus respectu suarum regionū ⁊ aliarum. Notandum quoq; est q̄ sicut ignea triplicitas fortitudinem causans orientaliū dignitatem eorum ⁊ principatum extendi facit super alias partes terre vt dictum est. Ita relique triplicitates consimilem effectum suis partibus influentes quemadmodum formā principandi largiūt sic ⁊ appetitum attribuunt siue influunt ad naturalem locum principandi qui est media regio orientalisq;/ nam vt habetur quarto celi ⁊ mundi dans formā dat ⁊ locū ⁊ hec est causa quare nunc septemtrionales nunc meridionales nunc hi nunc illi suas terras exeunt ⁊ alias terras inuadunt. Vt ergo ad vnū sit dicere bene dixit Albumazar libro primo coniunctionū differentia secunda q̄ triplicitas terrea significat fortitudinē ciuiū occidentis ⁊c. De orientali vero cōcordāt/ preterea nō latet nos q̄ sicut tota habitabilis in 4. quartis hoc vltimo diuidit' modo ita quelibet quartarum ⁊ partes earū similiter ad instar diuisionis totius habitabilis diuidi possunt. Et hoc innuit philosophus septimo politicoꝝ capitulo supranotato dicēs eādez autem differentiā ⁊ grecorum genus adinuicem ⁊c. Et idem forte innuit ipse in fine quarti in illa diuisione terre de qua supra dictum est. Et hec recollecta sint ex dictis prememorati Henrici propter cōcordiā philosophorū super dissolutione perplexitatis predicte.

Remissis autem videtur concordare Guido bonati tractatu suo de reuolutionib9 annorum mundi atq; natiuitatum capitulo octauo vbi dicit ~~q̄ sicut quilibz~~ planeta disponit magis super climate sibi deputato q̄ super aliis licet quilibet eorum habet aliquid facere in quolibet climate aliquando secundum magis/ aliquando secundū minus sic similiter ⁊ signa presunt regionibus ⁊ imprimit in eos quodlibet secundū suaz naturā Quoniaz ignea magis impremunt super calidis terrea super siccis. Aerea super humidis aquatica super frigidis quia non significant super ptib9 mundi per eorum positionem/ sed per eorum naturā. Unde si fuerit terra vel regio cui p̄est igneum calida accidet illud significatuz fortius q̄ in frigida. In frigida tamen tempat frigiditatem ⁊ econuerso. Et quod in humida augmentat humiditatem in sicca tempat siccitatem ⁊ econuerso vt

[Marginal notes (handwritten): "cā q̄ p̄sperāt aliq̄ñ sept^les aliq̄ñ meridionales"; "q̄lib; planeta p̄ncipat i q̄lib; climata"; "Sig i p̄mit i q̄lib; regione"]

a. l. s. triplicitas ignea calefacit orientem

ventus orientalis est calidus et siccus

Triplicitas terrea est meridionalis

ventus meridianus est calidus

Triplicitas aerea est occidentalis

ventus occidentalis est frigidus

Triplicitas aquea est septentrionalis

ventus septentrionalis est frigidus et siccus

ponit exemplum sicut Aries Leo ꝛ Sagittarius que sunt prima triplicitas calefaciunt in partibus orientis in partibus septemtrionis tempant frigiditatem quoniam sunt ignea orientalia. Unde si fuerit ascendens aliquod de signis illis confortabit significatū ꝛ augmētabit illud ꝛ orientalis ventus est calidus ꝛ siccus ꝛ sicut Taurus Virgo ꝛ Capricorn9 que sunt secunda triplicitas desiccant in partibus meridiei ꝛ in partibus occidentis tempant humiditatē quoniā sunt terrea ꝛ sūt significata meridiana. Unde si angulus decime domus fuerit in illis signis cōformabit significatū ꝛ augmētabit illud ꝛ meridionalis vētus est calidus ꝛ sicut Gemini Libra Aquarius que sunt tercia triplicitas occidentalis humectant in partibus occidentis sic in meridianis tempant siccitatem quoniā sunt aerea ꝛ sunt signa occidētalia. Unde si angulus septime domus fuerit ex illis signis confortabit significatuꝫ ꝛ augmentabit illud. Et occidentalis ventus est frigidus. ꝛ sicut Cancer Scorpio Piscis q̄ sunt q̄rta triplicitas septemtrionalis infrigidant in partibus septemtrionis sic in orientalibus tempant caliditatem quoniam sunt aquatica ꝛ septētrionalia. Unde si angulus quarte domus fuerit ex illis signis confortabit significatuꝫ ꝛ augmentabit illud ꝛ septemtrionalis ventus est frigidus ꝛ siccus. Et ibidem subdit ꝙ etiam planete adiuuant hoc. nam si fuerit significatum in septemtrione ꝛ prefuerit Saturn9 illi significato adiuuabit illud et faciet magis apparere ꝛ eo fortius si Mercurius iuuerit eum et fuerit significatum frigiditatis. Et si fuerit in occidente et prefuerit Jupiter augmentabitur illud significatum ꝛ eo fortius si iuuerit eum Luna / et fuerit illud significatum humiditatis ꝛ magis faciet illud apparere/et si fuerit in ptibus meridianis ꝛ prefuerit Mars augmentabit si fuerit significatū siccitatis ꝛ magis faciet illud apparere. Et si fuerit in partibus orientalib9 et prefuerit Sol et fuerit significatum caliditatis adiuuabit illud Sol et magis faciet apparere. Si autē fuerit Venus participata quodāmō tempabit calorem illum.

Quantum ad tercium principale sciendū/ꝙ ad confirmationeꝫ pmissarum dicit idem Henricus ꝙ cuꝫ intento studio magnaqꝫ diligētia et vehementi considerauit pluries ꝛ mēte reuoluit qd dicit Albumazar de triplicitatibus super fortificatione siue pemineētia vnius plage respectu alterius ꝛ inuenit experta euentuū satis concordare dictis suis secunduꝫ ꝙ apparere potest consideranti. Unde exēpli gratia primo considerāduꝫ est de destructione troye que facta fuit per grecos qui sunt occidentales a frigia in qua troya sita fuit que caput fuit totius orientis. Rex quoqꝫ Priamus princeps fuit. Alieqꝫ partes orientales/euenit autē hec destructio sub triplicitate terrea que fortitudinem significat cuiuꝫ occidentis sꝫ quod dicit Albumazar Regnum pharaonis siue egiptioruꝫ qui meridionales sunt sub triplicitate aquea dominum habuit. Regnuꝫ etiā ethiopie

quod multum meridionalius est sub eadem triplicitate suum habet cursum
Sub triplicitate quoq; aerea impugnauerunt assirii egiptū ꝛ filios israel
a latere sed principaliter illos qui meridionales erant ab ipsis. Preterea
regnum alexandri p̄eminentiā habuit super regnum persarum et medorū
quod accidit sub triplicitate ignea alexander etiam obtinuit dominū sup
persas ꝛ super totam terram orientis sub triplicitatate terrea. Ampl' sub
triplicitate ignea natus est cristus ꝛ sub triplicitate terrea que eam imme
diate secuta est. Ab occidēte uenit ipse Cōstantin⁹ imperator qui a papa
Siluestro baptizatus fuit rome imperans orientales sibi subiugauit sedē
imperialem de roma transtulit in grecā. Militia Arturi regis britānie
que nunc anglia vocatur cuȝ illa magna formositate sui ꝛ suorū vigebat
. Sub tempore triplicitatis aeree. Merlinus quoq; ꝓpheta in maiori bri
tania prophetabat ꝛ multa per ipsuȝ mirabilia euenerunt sub triplicitate
aerea predicta. Sed et hoc quidem rationabiliter qꝛ triplicitas aerea sig
nificatiua est prophetaruȝ quod et testatur Joānes ispalensis in suis ysa
gozis in quibus specialiter loquens de aquario dicit ipsum signum esse
angeloruȝ uel demonū vel demoniacorū. Et ꝙ triplicitas aerea significa
tiua est prophetarum palam est per iudicia Albumazar in quarto tracta
tu libri coniunctionū. Nam etiam in libro secretorū eius legit' dixisse qd
prefuit ꝛ non inuenit alterum horoscopum significantem tanta religionē
sicut libram. Et ibidem aposantes legitur dixisse ꝙ fecit figuram quādo
natus fuit propheta scȝ Machometus ꝛ non inuenit horoscopū talem ha
bentem potestatem sicut libram. Sub eadeȝ quoq; triplicitate aerea Artu
rus viguit in britania sanctus Benedict⁹ monastice vite istitutor in yta
lia florebat. Et sub eadem floruerunt etiam doctores ueritatis scȝ Hiero
nimus Ambrosius Augustinus ꝛ plures alii sancti patres sicut et antea
tpe precedentis triplicitatis terree de qua supra multe secte hereticorū vi
guerunt vtpote arriani et manichei nouaciaȝ et plures alii. Ampl' fortitu
do et inhumana seuicia wandaloꝝ ꝛ gothoruȝ longabordoꝝ et hunorum
super terram apperuit sub triplicitate aerea predicta. Hi autem omnes ex
septemtrione prodierunt. Post dictam vero triplicitatem aeream sub q̄
viguit Arturus immediate successit aquea sub qua Machometus iniciuȝ
habuit cum secta sua sicut patet ex cronicis. Sub eadē quoq; triplicitate
aquea venit fortitudo maurorum a quibus sarraceni pcesserūt. Postea
vero in ignea triplicitate sequente illam translatuȝ fuit illud regnū v̄sus
orientem/regnum quoq; pippini patris karoli magni sub eadē triplicita
te ignea inchoauit. Item sub triplicitate terrea sub qua Hugo capetus reg
num francie adeptus est. Godefridus dux lothringie cognomine de bulli
one cum aliis baronibus quāplurimis ꝛ ꝑplaribus terre occidētalis cruce
significatus terram turkoruȝ inuaserunt hierusalemq; recuperauerūt nec
non ꝛ alias regiones orientales acquisierunt. Ex his vero omnibus hic
ii

cōstātinus ipator q a papa Siluest° baptizat⁹ fuit rome
.S. benedictus .S. hieronimus .S. ambrosius .S. augustinus

notandum q̄ preter virtutem triplicitatis aliqui predominantes suum dominium versus illam plagaz non extenderunt ex qua sue fortitudinis significatio diriuabat/sed versus oppositum verbi gratia sub triplicitate ignea que significat super plagam orientalem pippinus regnare incepit non protendendo suum dominium versus orientem sed versus occidēs q̄ si aliter esset frustraretur cōueniētia significatōis triplicitatū ꝓpter qḋ cum de fortitudine alicuius parte plage intelligenda est semper ad compa tionem ad regiones collaterales. Unde cum mutaret̄ triplicitas ignea ad terream translatum fuit regnum francorum a parte orientali ad occidēta lem et vsurpauit sibi hugo parisieñ illud regnum cognomine caphet. Est enim parisius occidentalis a germania siue franconia in qua regnare ce pit pippinus. Jdeo ex his omnibus precedentibus hec vna infert̄ conclu sio q̄ diuisio terre per plagas quam innuit Albumazar per triplicitates non est accipiēda simpliciter eo modo quo diuidi potest p duos dyame tros orthogonaliter se secantes vt sic fiant quattuor quarte habitabilis sed est intelligenda per comparationē vnius regionis ad aliam siue sit in quarta orientali siue occidentali aut alia Jta q̄ illa regio que vers⁹ ori entem dirigitur ab alia fit orientalis respectu illius quāuis illa eadez sit occidentalis respectu anterioris que magis est orientalis vt roma q̄ oriē talis est ab hyspania ipsa eadē tamen roma occidentalis est a grecia. Hec igitur sunt ea que per intentam considerationem cogitationi occurrūt intē denti per viam experientie et rationis referendo pretactos euentus ānua liū ad tpales ⁊ correspondētes mutatōes triplicitatū sic p̄teritorū certitu do sequētiū exhibitio fiat ⁊ indagatio futurorū.

Ed premissis non obstantibus que subtiliter et vtiliter considerata sunt p expientie viā contra scientiaꝝ principia cognita fiunt. Dico tamen q̄ premissos aliosq̄ effectus particulares ⁊ eorum causas nō suffi cit considerare terram secundum quartas triplicitatibus correspondētes vt pretactum est. Sed etiam expedit alias terre ptitiones attendere. Pro cuius declaratione sciendū est q̄ astronomi terrā multipliciter ptiti sunt ⁊ specialiter in septem climata famosa ⁊ aliqui anticlimata ⁊ post clima ta posuerūt Jpsi vero cosmographi climata in varias regiones variaq̄ regionum loca particularia distinxerunt. Sicut in tractatu de ymagine mundi plenius declaraui/⁊ sicut ibidem breuiter tetigi. Jpsi astronomi huiusmōi climatibus aliisq̄ terre partibus signa ⁊ stellas approp̄auerūt nō vno quidē modo sed multiphariē alii ⁊ alii aliter et aliter sicut ex eorū libris manifestum est. Unde hec discrepantia magnam gignit difficultatē que non videtur aliter posse concordari nisi q̄ ipsi eidem climati vel re gioni aut parti terre plura signa pluresq̄ planetas assignant. Et quia difficile est perfecte cognoscere quis illoruz principalior significator exis tit respectu illi⁹ partis terre ideo sepe ex hoc fallunt astronomoꝝ iudicia

nisi super hoc diligentem causam exactam q̧ diligentiā exhibeant.

X variis sapientum dictis pauca exempli gratia recitabo. Sicut ergo refert Jacobus alkindi libro de iudiciis annorum mundi dicit Enoch qui ⁊ Hermes q̄ signuȝ Arietis ⁊ Jupiter significant super partes alacrat id est eracleam que est in terra persarum et ibi est babilonia ⁊ baldach. Saturnus vero in signo Libre super romā ⁊ terras xp̄ianorum vł non circumcisorum. Et Sol cum signo aquarii super terram iudeoꝝ idem iudeam usq̧ ad egiptum. Et signum Capricorni cū Mercurio sup terraȝ dalbenam id est iudeorum. Et Venus cum Scorpione super terraȝ cumanorum id est arabum. Leo ⁊ Virgo cum Marte super eos qui morantur in climate septimo. Luna vero cum Virgine super eos q̄ morant in partibus alsin. Sapientes quoq̧ babiloniorū ut idem Jacobus refert locuti sunt super partes terre et dixerunt q̄ Aries significat super psiaȝ ⁊ adenagriam ⁊ galatiam ⁊ philistim id est palestinam et babilonem et balgaam almizar id est assyriam. Taurus super assabeam et mea ⁊ caberas ⁊ asiam minorem ⁊ super montes daberā ⁊ sunt mōtes magni valde. Gemini sup galliam ⁊ margaam ⁊ thebarastaam et armeniam maiorē et adarnegaam ⁊ bargam canamaā alorquia ⁊ abaralym et super angulum occidentis et egipti et super terram barca. Cancer super africā et philistim id est palestina percussie ⁊ super terram xp̄ianorum ⁊ incircūcisorum et romaniaȝ ⁊ ⁊ armeniam minorē ⁊ orienteȝ de thorasthen et baldac ⁊ alaerat. Leo sup totam terram alterac idem terram turcorum ⁊ bastetar et ytaliaȝ et romā ⁊ britaniam maiorem et super terram bermes ⁊ damascum ⁊ regnum assura ⁊ assinpa et albostera ⁊ gog et magog. Virgo super terrā constantinopolitanam et acrestas ⁊ palestinorum et canaam ⁊ segastaan. Libra sup terram thabara ⁊ thebaristaen et nuthenac ⁊ cymas que est maxima ciuitas in terra indoꝝ et super flumen egipti ⁊ terram ethiopie. Scorpio sup albagon ⁊ amal et tanoga et arbar samara et corea et saam et canaad et canaa et tharsos aendria et platania et cuni et alsaaȝ ⁊ aldaeri et arabes Sagittarius super almū et samariam et hyspaniam et siciliam et arabiaȝ antiquorum. Capricornus super indiam et alcobȝ et mecaraen et alsam ⁊ aaraquia ⁊ marcarciconia ⁊ balaboaȝ et ethiopes ⁊ flumē maberaen egipti ⁊ siphalbehar et amaen et alarchenaȝ usq̧ ad terraȝ balsin. Aquariꝰ sup assiriam natam belat ⁊ sceas ⁊ bastea et lema ⁊ aroquia ⁊ assya et super terram egipti cū sibi participātibus in terra persie. Pisces super lactabia que est anglia secundum aliquos ⁊ ballach et assania ⁊ heurenia ⁊ nichas et lascemeparam et pesalia et terram aligni et gargaen et mare rubrum et elegit sibi alimē hoc est mare sceno et malamonide. Jtem significat super terram ethiopie ⁊ super alexandriam et participant terre xp̄ianoru idem non circumcisorum.

Arides est in quarto climate cuius signum est. 28. gra. Cancri et silr

II

tarios.

lactabia est anglia regio

est hierusalem sed eius signuz est. 19. gra. Leonis signum egipti est Capricornus Cartaginis ⁊ Gemini colen Virgo granate Cancer hyspalensis Pisces valentie Scorpio cesarangusto Aries pisarum Aquari9 luce Cancer psie ⁊ terre syn. Virgo cum Luna climatis septimi. Leo cum Marte terre de melra vsqꝫ ad egiptum. Scorpio cum Venere hec quidem inuenta sunt sed experientiam euentuum magnorū.

Preterea Abraham auenesre de his semper syn multa loquitur in ysagogis suis quas vocat inicium sapientie/ sed ultra hoc in libro suo coniunctionum refert Ita dicit Enoch primus ꝙ Jupiter cū Cancro significat super terram alaorac id est eraclie. Saturnus vero cum Libra rome p̄est que est regnum edom siue ydumeoꝝ id est xp̄ianoruz. Et Mercurius cum signo Capricorni hominibus indie. Vn̄ dicit quidā eo ꝙ Mercurius super animas ipsorum significat ob id sapientes sunt valde. Et quia Capricornus super corpa eorum significat ideo non sunt albi. Venus aūt cuz Scorpione terre p̄est sarracenoruz propter qd dicit idē sapiens ꝙ anno quolibet in quo erat signum Scorpionis in aspectu stelle inpedientis moritur rex cumanorum seu arabum et sunt illi qui regnauerūt super regnum ysmaelitaruz id est saracenorū. Rememoratus est se de hoc expertum fore in exemplis multis. Mars autem cuz Leone terrā bargāii Et Sol cum Aquario terre israel ⁊ grecorum atqꝫ egipti. Luna vero cum Virgine p̄est terre alsin ⁊ thorasten hoc est dictu ꝙ ille planeta almutaz est super illos ⁊ de signis signum rememoratū. Vnde sed ꝙ fuerunt ambo in reuolutionē anni ⁊ adhuc magis in reuolutione anni coniunctionis sic debes iudicare de bono et de malo.

Albumazar vero tractatu quarto libro coniunctionū dr̄a ultima dicit ꝙ primum clima est indoruz et ipsum est Saturni et habet ex signis Capricornum et Aquarium. Secundum clima est alchigez ⁊ ethiopie et ipsum est Jouis et habet ex signis Saturnum ⁊ Pisces. Tercium clima egipti ⁊ ipsum est Martis ⁊ habet ex signis Arietez et Scorpionē. Quartum clima babilonie eraclie et ipsum est Solis ⁊ habet ex signis Leonem. Quintum clima romanorum ⁊ ipsum est clima Veneris ⁊ habet ex signis Taurum ⁊ Libram. Sextum clima gog ⁊ magog et est clima Mercurii ⁊ habet ex signis Geminos ⁊ Virginem. Septimū clima persarum ⁊ sin et ē clima Lune et habet ex signis Taurū. Deinde distribuit signa variis terris ⁊ prouinciis multis et in multis aliter q̄ꝫ supra dictum est. Et inter alia ponit ꝙ Aries habꝫ persiā et britaniā et palestinā. Taurus habet paruas insulas maris romanorū et asiaz paruā. Gemini habet armeniā grādom et egistum. Cancer habet terrā babilonie et africā ⁊ franciā. Leo habet terram turcorū et desertū eoruz et damascū. Virgo habet terrā babilonie et terrā aumeal id est hebraice assur et terrā grecorū et africam. Libra habet terrā turcorū et partē terre nigrorū. Scorpio habet dyocesiz arabū

et partes eorū vsqꝫ ad brieme͂ id est loca vbi morantur nobiles. Arabes scilicet loca tentoriorū quoniā ipsi non morantur in ciuitatibus sed in tentoriis. Sagittarius habet hyspaniam et ciciliam. Capricornus habet ethiopiam et litus maris quod sequitur dyocesim arabū scilicet tentoria vsqꝫ ad indiam et limites eius nec non et limites terre romanoruꝫ. Aquarius habet terram acbibt id est egiptioruꝫ et habet coniunctione͂ in terra feriꝫ scilicet psarum. Pisces vero habet coniunctioneꝫ in romanis ⁊ habet ex romanis vsqꝫ ad terram hierosolime et egiptum et alexandriaꝫ et altitudinem terre indie. Postea subdit constellationes ⁊ ascendētia quorūdā locorum et ciuitatuꝫ. Vnde inter alia dicit egyptus ascendens eius Cancer insula hierosolime Aquarius palestina Cancri et Solis cōstantinopolis Tauri et Martis. Anthiocia Arietis ⁊ Solis. Damascus Scorpionis ⁊ Solis. Palestina Tauri et Mercurii domus scā Cancri et Martis. Et alexandria Leonis et Martis. Idem quoqꝫ Albumazar circa finem tractatus secundi eiusdem libri ponit ꝙ quidaꝫ dixerunt ꝙ Saturnꝰ habuit significationem super hamsi id est super legem illoruꝫ a quibus mauri ducunt legem eorum id est ab illis qui fuerunt ab abraham vsqꝫ ad moysem ex parte ysmael id est super legem ysmahelitarū ⁊ fuit mora in eis. 267. q̄ sunt reuolutio Saturni id est eius anni maximi. Et quia fuit significatio Iouis super psas fuit mora vicis in eis. 839. ānis. Et ex hac parte oportet ut mora vicis romanorum id est xp̄ianorum secundum id quod habꝫ planeta eorum qđ est luminare maius significans super eos de temporibꝰ datis ⁊ sunt. 1461. Et secundum oportet vt sit mora vicis arabum secundum ꝙ habet planeta qui est venus significans eos de temporibus datis qui est. 788. anni. Et hec que recitat Albumazar super his temporibꝰ fundantur super opinionem illorū qui dixerunt ꝙ quantitas temporū vicis est/sed quantitatem temporum datorū planetis significantibus ciues vicis id est annorum maximorum eorūdem planetarum. Nam qui dicūt ꝙ licet Albumazar fuit de secta machometi tamen eius opinio propria fuit ꝙ lex xp̄i esset super ceteros duratura. Iteꝫ in libro de natiuitatibus qui incipit dixit quoqꝫ Abraham iudeus in capitulo de nona domo habet ꝙ adunatio Saturni et Iouis fuit in aquario ante exitum iudeorū de egipto. Eorūdem adunatio in Leone fuit ante natiuitatem xp̄i. Eorūdem vo adunatio fuit in Scorpione ante natiuitatem Machometi. Et ꝙ Saturnus in nona in natiuitate iudei suam fidem constanter seruaturam ostendit/in xp̄iani vero aut sarraceni natiuitate eorum fidem infirmat. Sol autem in nona fidem xp̄iani nascentis consolidat iudei ⁊ sarraceni fidem negligendam ostendit Mars in nona sarraceni fidem seruandā docet xp̄iani vero ⁊ iudei irritam ducit. Vnde patet ꝙ hi planete huiusmōi sectis presunt.

Ciendum etiam quod in eo quod supra dicit Albumazar ꝙ Cancer

falsitatē albumasaris

albumazar fuit de secta machometi tn̄ eius opinio fuit ꝙ lex xp̄i eēt sup ceteros duratura

habet franciaꝫ concordat Joannes de muris in epistola ad clementeꝫ vi. Ubi dicitur ꝙ signum Cancri regnum francie significat et persaꝫ ⁊ ibidē asserit qđ veraciter est compertuꝫ ꝙ Saturnus in anglia. Mars in almania ⁊ Jupiter in francia dominantur. Dicit tamen pretactus Abraham in suis ysagogis in capitulo de Marte ꝙ de climatibus terre in parte eius est tercium vt egiptus ⁊ alexādria. De gentibus etiam sunt almāni et anglici et illi qui colunt ignē vel igni seruiunt vt cumani vel sclani ꝗꝛ et vniuersaliter in parte eius sunt ōnes viri bellici. Sed Guido bonati secunda parte tractatatus secundi summe sue capitulo. xi. vbi signa appropriat regionibus secundum quod in eis magis appūt eorum significationes quam in aliis non ponit ꝙ Cancer habeat franciam/ sed armeniā minorem ⁊ de Virgine dicit ꝙ habet regiones que sunt iuxta eufratē ⁊ hyspaniam magnam. Et de Libra ꝙ habet apuliam romaꝫ et terras romanorum vsqꝫ ethiopiam sicut dicit Alkabicius. Et de piscibꝰ ꝙ habet significationem super ytaliam et maxime supͤ romaniolam et ultra marchiam vsqꝫ venecias.

X premissionibus patet ꝙ difficilimū est in iudiciis astronomorū videre in quibus climatibus regionibus aut partibus mundi debeant euenire accidentia que ventura sunt ex reuolutionibus annorum. Et licet predictus Guido in tractatu de reuolutionibus annorum mundi circa hoc multum insistat capitulo quinto ⁊ pluribus sequentibus ponendo plures terre diuisiones ⁊ eis varie applicando signa ⁊ planetas tamen ibi multa videtur ponere voluntate dicta ꝗꝫ autoritate vl' ratione vallata. Ibi tamen multa ponit vtilia et consideratione digna. Et inter alia in fine capituli concludit oportet te aspicere dispositioneꝫ ⁊ esse planetarum in dispositionibus annorū tam natiuitatum seu coniunctionum ꝗꝫ mundi ⁊ videre tunc si esse domini signi fuerit bonū quia significat bonū esse climatis generaliter sed partem cui p̄est. Et aspicere similiter esse planetarum p̄eminentium terris. Naꝫ si concordauerint in uno esse significat quod magis apparebit significatuꝫ reuolutionis tam in bono ꝗꝫ in malo Ut si esse domini signi ⁊ domini termini fuerunt bona significat in regione cui p̄erit dominus termini completum bonum ⁊ ita similiter de malo. Si autem discordauerint apparebit eorum significatum minus/ sed significatum domini signi apparebit minus ꝗꝫ significatum domini termini tā in bono ꝗꝫ in malo. Ex quibus omnibus colligitur ꝙ signa ⁊ planete in huiusmodi significationibus inter se participant ⁊ communicant. Ita ꝙ vnum signum vel vnus planeta significat super pluribus climatibus regionibus vel ciuitatibus ⁊ econtra plura signa vel plures planete significant super eodem climate regione vel ciuitate. Sed difficultas remanet quis istorum generalius quis specialius vel particularius significet que difficultas magnam iudiciis facit difficultatē ⁊ perplexitateꝫ super qua

[Marginal notes in manuscript: "Diversitas astronomorum"; "Contra Guidonem bonatum"; "Unū sig. et unus planeta significat sup pluribꝫ climatibꝫ"; "Magna difficultas iudicandi p astronomiam"]

vix haberi potest certitudo ⁊ hoc cū multiplici ⁊ longa expientia et circa
multos effectus. Ideo satis conueniens documentum tangit idem Guido
27. capitulo eiusdem tractatus vbi loquitur de accidentibus que ventura
sunt in climatibus dicens climata sunt diuisa per planetas/ita ꝙ Satur
nus habet primum clima ⁊ ita per ordinem de reliquis. Unde oportet te
considerare in reuolutione āni cui climati p̄sit quilibet planeta ⁊ scire esse
illius. Si vis scire accidentia que ventura sunt in climate cui p̄est plane
ta/quoniam accidentia vniuersalia climatis erunt secundum quod fuerit
esse planete qui p̄est ei et participabunt cum eo dominus anni ⁊ domin9
reuolutionis ascendētis ⁊ dominus hore illius. Unde quilibet eorū p̄sta
bit iuuamentum uel nocumentum domino climatis secundū ꝙ fuerit eius
esse tam in bono q̃ in malo. Et si contigerit ꝙ vnus planeta habeat sigi
ficationē super duobus climatibus vl' dominetur vni ⁊ participet in alio
semper pone significatum eius super omni regione cui p̄est ipse et sic pote
ris scire accidentia que ventura sunt in regionibus illis tam vniuersalia
q̃ particularia tam regis q̃ p̄pl'orum et de hoc ponit exemplum quonia3
si fuerit significatio regis regionis cuius annū reuoluis fortior in domo
decima q̃ aliquis ex planetis in sua domo ⁊ fuit alius saluus ⁊ liber sigi
ficat ꝙ rex p̄erit magnatibus illius regni ⁊ dominabitur eis. Et si non
fuerit rex in regione illa qui maior fuerit in ea. Ex hoc aute3 exemplo pa
tet ꝙ non solum notandus in his est significator aut ascendens climatis
vel regionis sed et significator ⁊ ascendēs regis seu principis eius vt pa
tet per Ptholomeum. ix. propōe centilogii vbi ait ascendentia natiuitatū
inimicoꝝ regni alicuius sunt signa cadentia ab angulis illi9 regni. Accidē
tia vero illorum qui in illo regno habent pōm ⁊ principatum sunt anguli
regni. Sed accidentia natiuitatis āministratoru3 in regno sunt eius āguli
succedentes. Accidentia autem inchoationis ciuitatum significant quicq̄d
in eis continget. Accidentia vero alicuius regiminis inceptionis seu legis
seu appitionis ac alicuius secte ciuitatis significat quicquid continget in
regimine seu lege in eadem ciuitate vbi dicit commentator. Cognitum est
apud astrologos ꝙ quando ascendens regni est ascēdens alicuius nati vl'
alicuius quattuor anguloru3 regni ille dominatum in illo regno habebit. reges romanoꝝ iubebāt aspicere natiuitate3 puerorum nascentium
Idcirco reges romanorū iubebant aspicere natiuitatem omniū hominum
in regno suo nascentium ⁊ quorum ascendentia ab angulis regni erant ca
dentia occidi iubebant. Quorum aute3 ascendentia essent eos in palatio re
cipi ⁊ nutriri faciebant hec ille. Unde ex premissis omnibus manifestum
est ꝙ magna ⁊ multiplex est in his astrorum iudiciis difficultas quam
multi per ignorantiā aut negligentiā non satis considerantes ⁊ sibi astro
nomorum nomen vsurpantes astronomiam sine ipsius scientie culpa in
suis diffamant falsis iudiciis. Et de his ista collecta sint ut in eis detur
occasio ꝓfundi9 ⁊ plenius perscrutandi.

Explicit tractatus de concordia discordantiū astronomoruz recollectus a dn̄o Petro cardinali Cameracen̄.

Venerabilis vir magister Joannes Gerson collegit in lugduno. Anno domini Millesimo quadringentesimo decimonono quēdam tractatū quē intitulat trigilogium astrologie theologisate quez librū scripsit Delphino vnico regis francie filio. Cuius prohemium sic incipit.

Apientiam que a domino deo est que et de se predicat. Per me reges regnant quam vsitato nomine theologiaz vocam⁹ null⁹ recte existimabit contrariam esse cuicumqꝫ vere scientie. Omne enim verum omni vero consonat. Quin etiam theō ōnes alias scientias subditas habet velut ancillas. In quibus si quid pulchrum est illud approbat ⁊ decorat si quid vero noxium ⁊ turpe/illud abicit ⁊ mundat. Porro si quid superfluuz est resecat supplens quicquid fuerit diminutum propterea non est hoc negandum de astrologia quaz esse scientiā nobilem ⁊ admirabilem primo patriarche Adam ⁊ sequacibus reuelatā theologia non abnegat. Verūtamen hanc ancillam suam astrologiam nōnlli. tot vanis obseruationibus/tot impiis erroribus/tot supstitionib⁹ sacri legis decurpantes maculauerūt. Nescientes in ea sobrie sapere/ ⁊ modeste vti/quod apud bonos ⁊ graues reddita est ne dum infamis sed religioni xp̄ianorum suisqꝫ cultoribus pestilens ⁊ nociua. Succurrendū igit̄ existimam huic errori precipue propter te princeps illustrissime Delphine/que superes vnicus heres xp̄ianissimi regni francorum quatenus seduci non possit optima indoles tua ab extranea muliere que mollit sermones suos ostentatione prescientie futurorum ⁊ operationis mirandoꝝ. Astrologiā loquor quorūdam ꝓphanorum. Hanc ergo nunc a domina sua theologia veluti modeste cōpositā ornatā ⁊ mundatā/ sub triginta propositionibus quasi cum tot monilibus preciosis deducendam fore salubriter iudicaui coram celsitudinis tue consiliatorūqꝫ tuorum prudentissimorum claro intuitu de quo sapiens Rex qui sedet in solio iudicii intuitu suo dissipet ōe malum. Opto deniqꝫ nitor ⁊ supplico quatenus per prosperum religiosuz verum ⁊ deuotum regimē regni dominus noster. Jesus xp̄us rex regum ⁊ dn̄s dn̄antiū te ꝓprio sanguine suo redēptū pducat ad eternū Amen.

Propositio prima.

Eluz a deo glorioso/libere cōtingenter ⁊ cū tēpore cōstitutū est quoniam dixit ⁊ facta sunt. Cōmentum errauerunt hic multi astrologi non illuminati per fidē qui posuerunt perpetuitatē mundi eo ꝙ deus agit imutabiliter. Et inde posuerunt animas rationales cum non possint actu

multa de erroribꝫ filosophorū super fidem recitat

esse infinite nūero/aut migrare de corporibus in corpora vt pl'o pytagoras Virgilius ꝛ alii plures. Aut ꝙ generantur ꝛ corrūpuntur cum corporibus vt Alexander et Epicurus. Aut ꝙ vnicus est intellectus in omnib9 hominibus vt Auerrois imponit Aristotili. Unde fugiendum est ne nimis astrologisare aut pbāri volētes sicut Origines in fine vite sue incidāt in predictos errores vel aliquē eoꝝ vel sequentiū.

Propositio secunda.

Elum est velut instrumentum dei gloriosi per quod machina corruptibilis regulariter gubernatur. Cōmentū errauerunt hic aliqui dicētes celum nihil agere/sed tantūmodo esse signum allegantes illud ꝛ erūt in signa ꝛ tempora. Dicit autē mundus corruptibilis propter animas rationales que reguntur inmediate a deo sine celo/ quo ad naturam quo ad gratiam quo ad gloriam ꝛ generaliter quo ad omnia dona ꝛ illuminationes supernaturaliter infusas. Additur autem regulariter propter miracula facta tam in celo ꝙ̄ in terra sicut in statione ꝛ retrogradatione solis tēporibus Jozue ꝛ Ezechie ꝛ in eclipsi tempore passionis cristi domini nr̄i in diluuio generali in sacramento altaris ꝛ in aliis sine nūero miraculis.

Propositio tercia.

Elum nihil influit in creatione animaꝝ rationaliū q̄ aliter postꝙ̄ ante lapsum gubernantur. Cōmentū errauerunt hic Auicenna ꝛ sui sequaces quo ad primam partem. Et quo ad secundam partē omnes tam astrologi ꝙ̄ alii qui non posuerunt corruptionem per peccatum originale Putantes nullum fuisse statum nature lapse/sed illius tantum qui primo institutus est in quo et nunc sumus secundum eos in quo statu sunt ōnes morti passionibusꝙ̄ de necessitate subiecti. Constat autem ꝙ si Adam nō peccasset tunc nō fuisset infernus qualis nūc est/pro hominibus nec xp̄s fuisset incarnatus saltem ad moriendum. Nec spiritus sanctus fuisset datus in variis linguis. Et ita breuiter de omnibus nostre repationis misteriis. Attamen est probabilis opinio ꝛ subtilis ꝙ deus prescius futuri casus hominum descripsit in celo quasdam congruentias concurrentes in decursu totius mundi vsꝙ̄ ad finale iudicium. Et hoc intenderunt illi qui voluerunt concordare astrologiā cū theologia sicut reuerendissim9 pater dominus Cardinalis Cameraceñ ꝛ illi quos inducit loquētes de sectis ꝛ de deluuio. Facit ad hocꝙ vix reperitur aliquod miraculū fuisse factum qui in circūstantiis concurrerit aliqua naturalis actio. Preterea fides quāuis sit supernaturalis non refutat rationes ꝛ congruētias naturales. Nec caritas supernaturalis naturalia motiua ad amandum quoniā talia faciunt ad consolationem fidelium ꝛ amicorum dei atꝙ̄ ad repressionem blasphemantiū infidelium ꝛ mundanorū hoc tamen obseruare cōuenit ne fidelis amicus dei vtatur talibus rationibus ꝛ obseruationib9 tāꝙ̄ principalibus ꝛ cogentibus motiuis ad credendum deo sibiꝙ̄ p caritatē

inherendum/alioquin meritum fidei perdiret ꝛ irrisio maior apud infideles ꝛ mundanos sequeretur scientibus illis ꝙ talia non conuincūt. Et sub hoc sensu dicitur in epilogo ꝙ misterium nostre reconciliationis nihil habet in celo hoc est cui principaliter intendere debeamus vt ille qui nasonē impudicissimū introducit ob hinc tradidisse. De quid nimis/sed quoniā Virgilius dicit. Solem quis dicere falsum audeat. Offertur hic pro scolasticorum exercitio silogismus talis. Dāso itaqꝫ celo pro statu sue creationis ante lapsum primi hominis. Arguitur sic Celuꝫ presignabat incarnationem fili dei cum multis aliis effectibus factis propter repationem generis humani/ ꝛ primus homo non peccabit nec fiet eius reparatio cum suis effectibus ergo celum predixit falsum. Consequentia est necessaria ꝛ antecedens pro illo tunc erat possibile ꝛ sibi compossibile/ quoniā maior est necessaria cum sit de preterito vera ꝛ secūda tunc erat possibilis ergo consequens est possibile scilicet ꝙ celum dixit falsum. Et ita cum celum fuerit imediate creatum a deo deus dixisset falsum per celuꝫ quod blasphemum videtur.

Propositio quarta.

Diuersas a deo virtutes recepit celum pro varietate suarum partiū puta stellarum planetarum ꝛ motuum/sed ab hominibus hec virtutum diuersitas nequit comprehendi. Cōmentum Errant et experientiam negant sencientes oppositum cum celum sit sicut horologiuꝫ pulcherrimū compositum ab artifice summo. Cum sit etiam liber sentenciosissimus exēplatus ab exemplari libro vite infinito ꝛ eterno qui nominatur mundus architipus in quo illud quod factum est vita erat. Porro de stellis dicit propheta. Qui numerat multitudinem stellaꝝ ꝛc. Hec auteꝫ vocatio quid aliud est ꝙ̄ distincta virtus ꝛ operatio cuiuslibet attributa Nomen enim sumitur a proprietate rei. Et quoniam innumerabilis est huiusmodi proprietas exclamat. Magnus dominus noster ꝛ magna virtus eius ꝛ sapiētie eius non est numerus.

Quinta propositio.

Celum ad nutum deo obedit glorioso/est ꝛ ipsuꝫ inferius ꝛ subditū operibꝰ recreatōis seu repatōis hūane. Cōmentū Errauerūt hic mlti astrologi ꝛ philosophi qui posuerunt deum agere ex necessitate nature et qui negauerunt misteriū nostre reparationis a seculis absconditū. propter quod nedum celum corporeum sed etiam angeli ꝛ intelligētie sicut ait apostolus in ministeriū missi sunt. Tradit insuper Moyses deutronomii quarto ꝙ Solem ꝛ Lunam ꝛ omnia astra celi creauit deus in ministeriū omnibus gentibus. Et preterea describēs creationeꝫ mundi posuit prius fuisse virgulta terre ꝙ̄ Sol vel stelle forent vt ostēderet deuꝫ posse agere sine Sole ꝛ stellis. Cum ergo homo sit ꝙ āmodo finis omnium sicut videtur sentire philosophus scdo phisicorum oportet secundum variationeꝫ

hominis cetera variari sicut prius tactum fuit de statu nature integre et lapse. Et sicut apparet in miraculis factis supernaturaliter ut homines supnaturalē finē suū adipiscerent̄ p fidē spem ⁊ caritatē.

Sexta propositio.

Elum generale est influens ⁊ remotum cuius actiones recipiunt̄ in patiente predisposito. Deus vero est agens nedū uniuersale ⁊ remotum sed singularissimū atq̧ propinquissimū. Cōmentum Errauerunt hic astrologi quidam ut Alkindus de radiis ⁊ similes ponentes res inferiores nihil agere sed tantūmodo deferre radiosas influentias celi ⁊ inde fieri effectus similes numero prius istum q̄ illum propter determinationē celi ut in productione graduum caliditatis. Quam determinationē alii solum referunt ad diuinū beneplacitum libere ⁊ contingenter agens. Conformiter quo ad secundā partem propositionis que dicit q̄ deus ē agens immediatissimum ⁊ propinquissimū non obstante coefficientia causa℞ secundarum. Errauerunt aliqui doctores etiam catholici ponentes deū esse causam non immediatam in omni effectu. quoniam inquiunt si sic alie cause superfluerent. Esset preterea deus causa immediata actuū voluntatis tam bonorum q̄ malorum ⁊ ita esset actor peccati. Sed pro nobis est articulus parisieñ dicens / q̄ deus sit causa remotissima sic q̄ nō propinquissima / error Nihilominus offertur hic pro scolasticorum exercitio silogismus talis ad probandū q̄ si deus immediate agat actū voluntatis deus facit ⁊ vult peccatum signando sortem qui facit substantiam alicuius actus contra prohibitionem dei ⁊ vocetur A. Tunc arguitur sic / Sortes facit A. actum ⁊ Sortes habet preceptum dei de non faciendo A. actū ergo Sortes peccat consequentia est necessaria. Et deus vult ⁊ facit quamlibȝ partem antecedentis ymo ⁊ totum antecedens cū partes sint sibi compossibiles. Ergo deus vult ⁊ facit totum consequens scilicet Sortem peccare quod videtur blasphemū ⁊c̄.

Propositio septima.

Elum effectus nedum facit varios sed contrarios vel oppositos in inferioribus pro diuersitate materie rationibus seminalibus plene Cōmentum Errauerunt hic astrologi illi qui presumunt iudicare de natiuitatibus vel de morte uel de aliis inferiorum conditionibus volentes q̄ respiciendum est ad solum celum ⁊ constellationes eius. Unde ⁊ experientia conuincit eos sicut deducit. Augustinus quinto de ciui. dei de duobus geminis diuersarum fortunarum sicut ⁊ experientia docet de terra ⁊ luto ⁊ similibus. Et de varietate siue numero diuersarū herbarum ⁊ planetarum in eadem paruula parte agri. Quod si dixerint varietates tales fieri propter diuersitates angulorum influentialium celi qui terminant̄ velut in indiuisibili ⁊ inde diuersificant in partibus loci suos effectus. Ex hoc saltem habetur quemadmodū de geminis concludit Augustinus contra

responsionem de rota figuli mota ꝛ percussa ꝙ iudicium cuiuscūqꝫ astro logi fieri non potest super tanta incertitudine et ignorantia diuersitatis huiusmodi impceptibilis influentiarum angularium velut indiuisibiliū Deniqꝫ videmus regulas astrologie de ventis ꝛ pluuiis ꝛ aliis naturali bꝰ effectibꝰ aliter ꝛ aliter verificari seu falsificari ꝓ diuersitate situū ꝛ fi gurarū ꝛ dispositionū huiꝰ terre vel illius

Octaua propositio.

Eli syderum ꝛ planetarum combinationes singule motuuꝫ directio num retrogradationum ꝛ oppositionuꝫ cum reliquis circumstantiis multoplus ab hominibus ignorantur ꝙ͂ vere sciuntur. Cōmentum Erra uerunt hic quidam iactantes se de omnibus scire respondere vt gorgias. Contra quos fuit achademicorū disciplina etsi non verior tamē plus so bria dicentium se nihil scire. Nec mirum de toto celo cum nec minimū foli um arboris tantum sciatur ab hominibus quātum ignoratur cuꝫ contine at numeros ꝛ figuras ꝛ earum combinationes infinitas. Preterea sunt aliqui motus octaue spere ꝛ planetarum prius ignorati ab astrologis et satis nouiter inuenti. Deniqꝫ p̄supposita creatione mundi cuius duratio nundum est septem milium annorum secundum veritateꝫ fidei nō potuit per obseruationes astrologicas inueniri saltem quo ad effectus calculatio magni anni quem Plato posuit triginta sex milium annorum. Et ita de calculationibus aliaruꝫ constellationū que non potuerunt totiens repeti vt facerent experientiam certam ꝛ naturalem astrologis de talibus vl' ta libus effectibus consequentibus huiusmōi constellationes quarum aliq̄ nūqꝫ fuerunt/ alique raro alque semel aut bis. Preterea finxerunt astro logisantes pagani ꝛ infideles Arabum ꝛ indorum infinitam/ vel velut in finitam annorum multitudinē vt Albumazar ꝛ Marcianus scribunt. Po tuerunt ergo per solam diuinam inspirationem factam Ade vel Abrahe ꝛ similibus dari certe regule vniuersales de tota virtute celi quātū voluit deus reuelare ꝛ nos scire sine curiositate. Valde autem pauca sunt talia ꝓ statu p̄sentis miserie q̄ ordinata est ad visionē beatitudinis eterne ubi vi debit deus omnia in ōibus ꝛc.

Propositio nona.

Elum habere cōmensurabiles vel incōmensurabiles motus signorū insuper ꝛ certos planetas huic vel illi genti dominari prorsus est iuctum. Cōmentum Errauerunt vt experientia docuit certitudinē afferre volentes vbi solam posse haberi rethoricam probabilitatem deducit ma gister Nicolaus oresme ꝛ post eum dominus Petrus Cardinalis Came raceñ sumens exinde radicem vnaꝫ difficultatis astrologicoꝝ iudiciorū Et inde forsitan est ꝙ nōdum videtur reperta precisa quantitas āni so laris aut ex aliqua radice procedit. Ceterum varietas assignantiuꝫ huic vel illi plage terre talia vel talia signorum dominia satis incertitudinem

esse monstrat.

Decima propositio.

Vera celum ⁊ planete lumen suum influxiuū diuersificant pro va rietate fractionis ⁊ refractionis radiorum luminariū ex diuersitate mediorum/ quare nec veros situs possunt aspicientibus ad terraʒ demō strare. Cōmentuʒ Errauerunt hic pauci vel nulli qui sciunt cū astrologia perspectiuaʒ. Vnde sumitur radix altera difficultatis astrologice iudica tionis. Inuenitur etiam alia difficultas ex collatione zodiaci vtruʒ vide licet sit in primo celo quodcumq; sit illud an in firmamento secūdum figu rationem stellaꝝ fixarum in eo. Compertum est enim firmamentuʒ moueri contra motum primi mobilis/ ⁊ ita consequenter zodyacus mutaretur. Sunt et alie difficultates motionis planetaꝝ in suis augibus epiciculis ecentricis secundum ascensum. descensum stationem retrogradationeʒ titu bationem circumgiratione͞ in centro proprio que omnino pūctualiter ob seruare poterit nemo. In quibus ⁊ similibus diuina se sapientia ludere dicit ⁊ ostendit.

Vndecima ꝓpositio.

Elum sydera ⁊ planetas illi quantum in se est inculpant ⁊ in abu sum trahunt qui de singulis effectibus predicere presumunt. Com pertum est ⁊ eos crebro falli ⁊ fallere. Commentum Errant tales ex ignorantia vel fraudulentia vel ex arrogantia ⁊ quia nō attendunt veri tatem vnius propositionis precedentis ꝙ scʒ/celum solum est influēs ge nerale cuius ratio particularisatur ⁊ singularisatˀ/aut a deo solo/ aut a dispositione materie. Si autem obicitur ꝙ inueniuntˀ predicere multa va Respondetur ꝙ multo plura falsa. Et ideo vera dicunt vel a casu vel a multitudine eorum que dicunt vel a malis que prenosticantur que sunt in pluribus apud homines vel a fantasiatione ⁊ obseruatione eoruʒ qui audiunt. vel a cognitione secretorum maxime dominoꝝ ⁊ eoruʒ ques fre quentant que inuestigant diuersis mediis per fautores suos. Et hoc est frequens ⁊ expertum aut fit deniq; ab immixtione operationis demonum propter seducandum tam predicentes ꝙ͞ fidem adhibentes in talibus p damnabilem curiositateʒ sciendi futura ⁊ ea que pater solus habet in sua potestate. Hinc vulgatus autor ait. Quod deus intendit noli perquirere sorti. Qd statuit de te sine te deliberat ipse. Hinc rursus mitte archana dei celum perquirere quid sit confirmiter ad sapienteʒ qui ait. Que tibi prece pit deus illa cogita semper ⁊ in pluribus operibus eius ne fueris curiosꝰ Hoc si obseruaueris miscebit se tibi tuisq; actionibus angelus bonꝰ. Sig num autem immixtionis dyabolice actionis est ꝙ iuxta dictum cuiusdaʒ magni viri. Sepe in iudiciis astronomicis vbi minus est de ratione natu rali ⁊ nihil de miraculo ibi crebrior euentus inuenitur. Quod esse signum pactionis cum demonibus. Augustinꝰ tradit secundo de doctrina xpiana

Et sacre theologie facultas parisien̄ idipm declarauit contra ydolaticam prauitatez. Notetur hic Augustinus quinto de ciuitate dei satis circa pri̇ cipium his inquit omnibus consideratis non īmerito creditur cum astro logi mirabiliter multa vera respondent occulto instinctu fieri angelorum non bonorum quorū cura est has falsas ꝛ noxias opiniones de astralib9 fatis inserere humanis mētibus atqꝫ firmare nō horoscopi nōti ꝛ inspecti aliqua arte que nulla est.

Duodecima propositio.

Celum vim habet non modicam super somnia ꝛ super auiū volatus ꝛ garritus/ sed non ob hoc sunt obseruanda somnia vel auguria vel traditiones magicorum se super celestez virtutem fundantiū in geomācia cyromancia ꝛ pyromancia cum similibus. Cōmentū Errauerunt hic quo ad partem secundā omnes fere gentiles ꝛ ydolatre romani. Arabes indi ꝛ ceteri Errant ꝛ superstitiosi xp̄iani sortilegi ꝛ magici ꝛ eo damnabili9 quo per fidem veram sunt illuminati ꝛ per eam prohibiti ne talibus intē dant vel vtantur. Cum videant etiam seueritatē iudiciorum contra tales per ecclesiasticos ad incarcerationem perpetuam/ per seculares ad ignem/ per deum ad gehennam ꝛc̄.

Propositio tredecima.

Angeli seu intelligentie celum sydera ꝛ planetas non animant/ sed re gunt ad dei gloriosi voluntatem. Cōmentum oppositum dicitur sen sisse Plato ꝛ quidā aliorū dicentiū totū mūdū esse aīal magnū. Sꝫ tenen da ē fide certa nr̄a ꝓpositio cui cōsors ē ꝑhia Aristotilis.

Decimaquarta ꝓpositio.

Angeli seu intelligentie per imperium et voluntatem possūt influere in speram corruptibilium frequenter cum celo ꝛ aliquando sine celi āminiculo. Commentum/ oppositum sensisse videtur maior pars philoso phorum dicentium contra fidei veritatem/ ꝙ angeli non agunt nisi medi ante motu celi cum suis orbibus/ vnde ꝛ per orbem Lune dari posuerunt formas in inferioribus virtute actionis sue intelligentie ꝛ superiorum. Sed ꝙ per imperium ꝛ voluntatem agant intelligentie concedere videt᷑. Auicenna ponens libertatem contradictionis in angelis ꝛ magis q̄ꝫ in hominibus sicut est veritas fidei. Quamuis Albertus philosophizans conformiter ad peripatheticos vel quosdaꝫ astrologos voluerit hoc ip̄ūg nare deducendo ad hoc ꝙ tunc nō possent haberi determinate regule de ac tionibus vel influentiis intelligentiarū ex quo libere contradictorie age rent. Hoc autē esse inconueniens reputassent astrologi ꝛ philosophi quos sequitur. Et similiter ydolatre omnes qui per carminationes ꝛ magicam artez posuerunt demones in ydolis concludi vel alligari posse queadmo dum tradit. Hermes trimegistus de egiptiis qui non habentes quomodo crearent animas inuenerunt artem quomodo spiritus includerent ꝛ inde

miracula facerent ac responsa darent. Veritas autem fide concedit conse quentiam et consequens illatum per Albertum. Addens demones non cogi per artes magicas / sed ita fingere se cogi ut colantur sicut dii et homines fallacia multiplici decipiant.

Propositio decimaquinta.

Angeli seu intelligentie ad creationem anime rationalis nequaquam attin gunt. sed nec eidem illabi possunt. Commentum Oppositum senserunt aliqui philosophantium et hereticorum ponentium animas rationales ex traduce fieri vel corrumpi. Ceterum quicquid dixerint aliqui de energu minis lunaticis et similibus / quod demon opprimit animas eorum quasi sub intrans eas. Quicquid preterea dicat veritas catholica quod demones sunt incensores viciorum et boni sunt illuminatores animarum nihil istorum fit per illapsum qui soli deo proprius est qui animam ad suum plenum possidet imperium.

Sextadecima propositio.

Angeli seu intelligentie anime humane libertatem naturaliter et imme diate pro statu vie nequaquam possunt immutare. Commentum Opposi tum videtur posuisse Auicenna et catholicorum aliqui dicentes animam ra tionalem supirradiari et superilluminari immediate etiam pro statu vie per lumina superiora dei et angelorum non concurrente sensuali vel fantas tica visione. Et inde conati sunt saluare prophetias tam in somno quam in vi gilia et preuisiones multas que fiunt per energuminos. Et ita se saluabat machometes epilenticus quod cadebat non potens ferre illuminationem an gelicam. Sed Aristotiles cui fides consentit est pro nostra propositione dicens. Necesse est quemcunque intelligentem fantasmata speculari. Dans signum huius quod deficiente nobis a natura uno sensuum deficit a nobis sci entia de illo sensu. Stat nihilominus quod anima rationalis in sua creatione suscepit formationem seu illustrationem desuper a deo in qua et per quam cognoscat veritatem primorum principiorum sicut prima acceptatione per sensus seu fantasmata quamuis in actum non exeat fantasmatibus non pre uisis. Ad quod referri posset Boecii de anima verbum ex Platone. Summaque tenens singula perdit.

Propositio decimaseptima.

Angeli uniuersi administratorii sunt spiritus inter quos boni a deo glo rioso in ministerium missi pro hominibus qui adepturi sunt eterne salutis hereditatem. Commentum Oppositum qui dicit est hereticus si se gerat pro christiano contradicens expresse verbis apostoli. Et hec est mag na consolatio illorum qui tenent veraciter et sine fictione fidem Jesu cristi et qui captiuat omnem intellectum in obsequium fidei quia si fiduciam capi mus de hominibus peritis in medicina vel astrologia quod adiuuare nos possint quantomagis hoc facere possumus de angelicis spiritibus etc.

Et ita se saluabat machomet[es]

aristotiles cui fides consentit

Decimaoctaua propositio.

Angeli boni ⁊ mali cōnumerandi sunt inter causas liberas quas deus sic instituit vt eas proprios motus agere sinat. Cōmentum Oppositum nullus fidelis nec aliquis rite philosophās dicꝫ. Et inde fit qꝫ absqꝫ temptatione dei possumus ad angelicū subsidiū recurrere sicut ad peritū medicum ⁊ eum qui potest iuuare nos in necessitatibus nostris de cursu communi ⁊ naturali. Excipitur angelorum malorum consultatio ⁊ inuocatio quoniam non est licitum participare cum eis tamqꝫ excommunicatis a deo ⁊ ecclesia tota ⁊ quia fallaces sunt fallere semper cupientes nō iuuare nisi ficte. Unde iuxta ꝓuerbiū vulgi ludunt ad falsam societatē.

Decimanona propositio.

Angeli celum mutare possunt ⁊ terram iuxta quod exigit electorū dei deprecatio salus ⁊ ordo deo iubente vel permittente vel Solē facere stare ⁊ ignem non ardere. Commentū Oppositum putant omnes astrologi infideles ⁊ pagani negātes vera miracula posse fieri nec illuminati cuꝫ propheta dicente. Omnia quecumqꝫ voluit dominus fecit in celo ⁊ in terra in mari ⁊ in omnibus abissis. Nescientes preterea vel negantes miracula veteris legis ⁊ noue qualia legere promptum est in biblia ⁊ autenticis xp̄ianorum libris.

Vicesima propositio.

Et deuotas ad deum preces potius qꝫ per curiosas inspectiones vel constellationum vel obseruationes cum angelis consiliari ꝓbas est per quos ⁊ opem hominibus dari confidimus. Unde per fidem sancti vicerunt regna non per celum. Commentum Oppositum dicentes conuincuntur ex premissis iuncta promissione dicentis dei. Quecumqꝫ orantes petitis credite ⁊ fiet vobis cum similibus multis. Iuncto etiaꝫ qꝫ non semp expedit nobis habere prospera que petimus sed magis aduersa que fugimus. Nec oportet in recursu ad eos ⁊ deum tēpus orationis per constellationes obseruare vt Guilhelmus parisieñ notanter ait ⁊ deducit ⁊c.

nō semp expedit nobꝫ hīc prospera que petimus sꝫ magis aduersa q̄ fugimus

Vicesimaprima propositio.

In artibus magicis ⁊ in ōnibus operationib9 superstitiosis que nec rationem naturalem nec miraculum verū habent sed magis ex pacto dyaboli noto vel occulto procedunt non in dubium verti debet angelos presertim malos operari ⁊ effectum subsequi aliquando. Cōmentū Oppositum posuerunt qui negauerūt demones esse contra expressaꝫ sacre scripture litteram in veteri ⁊ nouo testamento. Fuerunt etiam experientie ml'te in oppositum negantium ⁊ etiam doctrine sanctorū nominatiꝫ. Augustin9 qui notanter dixit ōnes tales obseruationes tanto magis suspectas ⁊ fugiendas esse quanto sepius videntur suū sortiri effectum. Et si allegetur qꝫ frequenter multa iubētur illic obseruari in artibus magicis vel sortilegis que sunt sancta ⁊ honesta vt inclinare castū esse dicere pr̄ nr̄. ⁊ ewāgeliū

respondebat vnus vere et catholice superstitionem tanto peiorem esse quanto plura miscentur bona quoniaz vnde deberet honorari deus hono ratur dyabolus. Nemo tamen ex hoc intelligat obseruationes xpianoruz reprobatas esse que uel ab ecclesia instituta uel ab eadē rationabiliter tole rate sunt q̄uis nō appareat. Rō huiꝰ magni q̄ȝ illius/nisi vel volūtate et autoritate instituentis vel a deuota quadaz ymaginatione facientis que non recedit a deo sed in exterioribus signis aliquibus se exercet vt in tali numero orationum in peregrinationibus in nouenis in oblationibꝰ nunc candelarum nunc panis nunc gallorum nunc ingestatione reliquiarum ⁊ bibitione ablutionis. In quibus pia fide factis non nimis se potest imis cere bonus angelus q̄ȝ malus in impia ⁊ prohibita fide factis. Fortassis ⁊ emperica medicorum tolerari possunt hanc generalem habentia rationē fortificationē scilicet ymaginatiue virtutis. Mendax tn̄ assertio desit.

Vicesimasecunda propositio.

Ngeli pro dei iussu vel permissione multipliciter possunt operari me diate inclinatiue seu dispositiue super intellectum et voluntatem per immutationē sensuum tam interiorum q̄ȝ exteriorum. Cōmentum Opposi tum pauci vel nulli senserunt ex astrologis philosophis ⁊ catholicis qui consenserunt angelos vel intelligentias esse. Nam ⁊ super hac radice fun dant astrologi regulas interrogationū ⁊ responsionū ⁊ alias multas/sed falluntur in pluribus ex pretactis causis quia ponunt angelos influere pure naturaliter nec satis attendunt liberi arbitrii potestatē dei volunta tem ⁊ materie diuersitatem.

Propositio vicesimatercia.

Vod angeli seu intelligentie positi sint sub certis regulis in suis acti onibus ⁊ in fluxibus liberis. Dicere insuper ꝙ sic coartati sint tradi ti atq̄ȝ cogniti temerariū est ⁊ impium necnon a vera philosophia ⁊ theo logia alienum. Commentum Oppositū dicentes conuincuntur ex predic tis maxime propter arbitrii libertatem in angelis regnantibus ⁊ in homi nibus gubernatis.

Vicesimaquarta propositio.

Ngelos ⁊ deum cuius ministerii sunt offendunt illi qui regulas in fluxuuz libro dei ⁊ angelorū ymo ⁊ hominū libertati preiudicantes tradunt ⁊ palliant sub nomine astrologie uel alterius naturalis scientie quibus merito autoritas ⁊ approbationis occasio dari non debebit. Cō mentum Oppositum dicentes conuincuntur ex premissis iuncta lege tā ve teri q̄ȝ noua. Iūcto preterea pro secūda parte illo qđ dicit apostolus. Ab ōni specie mali abstinete vos/hec ē ab ōni scādalo dāte occasionez ruine.

Vicesimaquinta propositio.

Vmana ratio dominari potest ⁊ debet astris siue cogitis siue incog nitis nec ab ipsis in vitium trahi. Cōmentuz/concedunt istam sapientes

astronomorum ut Ptholomeus maxime de sapiente qui precognoscit ce li constellationes inclinatiuas quoniam potest adhibere remediu₃ cōtra nociuas sicut facimus regulariter contra hyemē prouidendo de calefactōe et domibus. Et contra calores estatis prouidendo de refrigerationibus. Et ita de pestilentiis diluuiis bellis et similibus. Tradūt itaqꝫ vere et bn̄ iudicia astronomie tenere medium inter necessarium et impossibile q₃ sc₃ sunt de contingentibus et possibilibus aliter se habere. Sed ꝙ etia₃ huma na ratio dominetur stellis incognitis nec trahatur in vicium probatur ex libertate arbitrii et ex adiutorio dei libero quod datur timentibus eum et ex libero angelorum ministerio quod adiutorium dei et angelorum impe trant super omnem dispositionem stellarum fides spes et caritas quibus derelictis euenit frequenter vt volentes infortunia vitare in ea ipsa se tradant et inuoluant vt cōprehendant sapientes in astutia ꝛc̄

Vicesimasexta propositio.

Uod humana ratio per vanitates et insanias falsas aut salte₃ incer tissimas in sua actione se captiuet indignum esse censetur et similiter ꝙ melancolius anxiis et periculosis agitetur. Cōmentum Concedunt ex cepti et inter alios. Tullius in fine libri de diuinatione. Et hoc dicebat dominus Petrus cardinalis cameraceñ dum obseruationes huiusmodi reprobaret. Addens se timere si regis adolescentia talibus imbueretur qd postea ab eis non posset auelli.

Vicesimaseptima propositio

Umana ratio spretis superstitionibus fallacibus debet se in suis ac tionibus regulare per consulationes probatorum et expertoru₃ viroꝝ per leges insuper morales et diuinas et maxime in gubernatione reipublice Commentu₃ Concedunt istam qui attendunt ꝙ non frustra nobis dedit deus rationem liberam plusqꝫ brutis. Dedit insuper leges diuinas natu rales et politicas prudentiam quoqꝫ per experientias multas generatam Quod ergo humana ratio libertas et prudentia centum vel mille hominū ymo vnius regni relinquantur ad insequendum opinionem vel deliratio nem vnius vel duorum aut paucissimoꝝ fingentium se scire mirabilia ex astris vel aliū de. Nescio quomodo pro fantasia capitis sui super euenti bus et agēdis in republica vt ꝙ nō ē bellandū vsqꝫ ad tres menses vel vnū annum cum hostibus qui tamen destruunt ōnia Et ita de similibus absqꝫ numero Quod inqꝫ propter paucos tales derelinquat humana ratio et pru dentia indignissimū est fatuū et deliru₃ ymo merito dei iudicio puniendū et insultū finem precipitandū ꝛc̄.

Vicesimaoctaua propositio.


Umanam rationem captiuare reicere et dimittere indignissimu₃ est propter homines viles ignotos et de corruptela iudicii multipliciter suspectos pessimeqꝫ vt plurimum fortunatos et sine fide qui veraciter

susurrant in tenebris. Cōmentum Concedunt istam qui precedentē attendunt ⁊ ex terminis suis se veram esse demonstrat / presuppositis his que ponit q̄ tm̄ sunt p experientias cotidianas manifesta.

Viccsimanona propositio.

Humana ratio propter sui concausationem liberā nō potest nec debz per qualescumqꝫ experientias cuiuscūqꝫ temporis sub necessariis euētuum regulis aut sub arte concludi. Cōmentum Concedunt istā qui rerū cōnexiones attendūt ⁊ hi qui didicerunt ex logica ꝙ omnis ꝓpositio copulatiua composita ex quibuscumqꝫ necessariis cathegoricis vel ypotheticis redditur contingens si retineat vnam propositionem contingentem Ac perinde sumitur efficax argumentum contra regulas astrologie sumptas ex quantiscumqꝫ expimentis si liberum arbitrium concurrebat ut causa coniuncta ad effectum requisita. Potuit enim semper dici de effectu tali ꝙ indifferens erat ad sic fieri vel non fieri vel inde ligari alterius arbitrium potuisse.

Tricesima propositio.



Humana ratio per fidem spem ⁊ caritatem sedulo conuerti debet ad deum gloriosum qui nutu libero cuncta tempat et ad finē supernaturalem hominum genus preordinat. Per adiutorium insuper angelorum ⁊ sanctorum quos liberaliter ⁊ libere vult deus agere. Ad hos vult hominem habere recursum quatenus ordine ierarchico infima reducantur ad superiora per media. Commentum Concedunt istaz omnes veri ⁊ nō solo nomine xp̄iani reputantes talem prouidentiam dei esse ita liberam q̄lem insinuauit xp̄us dicens ꝙ nec folium arboris nec passer vnus cadunt in terraz sine patre deo/ vnde ⁊ rursus ait petite ⁊ accipietis. Et si habueritis fidem sicut granum sinapis ⁊c̄. ymo ⁊ tota veteris testamenti series legalis ⁊ hystorica atqꝫ prophetalis precipue in psalmis ⁊ orationibus sanctorum sanctarumqꝫ vix aliud nobis inculcare vel profiteri videntur vn̄ ps̄. Iacta in domino curaz tuam ⁊ ipse te enutriet. Non dixit Iacta curā tuaz in celo. Quoniā in me sperauit liberabo eum non dixit in celo. Beatꝰ vir cuius est nomen domini spes eius non dixit celi constellatio ymo vetuit cum addidit. Et non respexit inuanitates ⁊ insanias falsas loquens de curiosis qui defecerunt scrutantes scrutinio. Et superaddit de miraculꝭ taz noue q̄ꝫ veteris legis multa fecisti tu domine deus meꝰ mirabilia opa tua. Deniqꝫ si Paulus opponatur dicens. Inuisibilia dei per ea que facta sunt cognosci. Respondendum estꝙ hec scala creaturarum in qua philosophi corruerunt non est amplius necessaria fidelibus tenentibus dei soliū nunc in luminosa spe ⁊ tādem in aperta visione. Sed ponamus illud quod rarissime potest inueniri temporibus istis. Ponamꝰ ꝙ plures scientifici in astronomica disciplina conueniant qui sint graues viri in moribus ⁊ honestate vite ⁊ tales q̄ multa sint expti in iudiciis astronomie traditis

Iacta in dn̄o curā tuā et ipse te enutriet.

secundum veram philosophiam et in naturali ratione fundatis. Nunquid erunt tales contemnendi nec audiendi ab uno principe coram suo cōsilio Respondetur plane quod audiendi erunt sed nō ita penitus insequendi cōi ex adverso velut inequa libra ponātur rationes humane prudentie sumpte per experientias et circumstantias humani regiminis inferioris quemadmodum fieret etiam si convenirent ex une parte astrologi et ex altera pte medici super curatione alicuius egroti. Dicant igitur exempli gratia prudentes astronomi concorditer dum fiat questio de bello ineundo contra hostes regni. Ecce constellatio noxia est prohibens non tamē ex necessitate inire bellum per francos contra anglicos. Dicant ex altera parte prudentes capitanei et milites experti quod necesse est vel expedit francos inire bellum contra anglicos pensatis circumstantiis. hinc et inde provenientibus ex inferiorum dispositione vel radice. Tunc omnibus his velut in equa libra positis debebit assumi conclusio. Que pars preponderabit et exequenda erit. Non enim oportet ut omne prorsus iudicium ex radice superiori celi sumptum contemnatur. Sed nec expedit quod plus ponderetur quam oportet ubi et quando per quos seu propter quos nō oportet.

Epilogus premissorū.

Epilogantes tangamus duodecim radices astromicorum iudiciorum curiositate arcentes.

Prima radix est dei gloriosi libera pmenitas in agendo.

Secunda angelorū tā bonorū quam maloꝝ sub deo libertas in exequēdo.

Tercia est celestium luminarium sola generalitas in influendo.

Quarta est celestium combinationum et situum incomprehensibilis varietas in concurrendo.

Quinta mediorum diversitas in radiando.

Sexta seminalium rationum pticularis diversitas in cōprincipiando

Septima libertas hominum que coniuncta quolibet causis necessariis contingentiam reddit in effectu suo.

Octava legalis et prophetalis severitas talia iudicia prohibens et irridens / sacrorū insuper veterū et novoꝝ doctorum diligens taliū reprobatio maxime propter fomitis corruptionē scientium quod ad hereses ydolatrias et superstitiones est humana inclinatio prona.

Nona raritas studentium et peritorum in vera astrologie disciplina cū tamen in iudiciis dandis multiplex supra modum consideratio requiratur vel observatio.

Decima misterii a seculis absconditi reparationis videlicet nostre recogitatio que nihil habet in celis quicquid reverisans autor libri de vetula dixerit et false asscripserit Ovidio.

Undecima hominis ad finem supernaturalem ordinatio et mediorum supernaturalium previsio ut supernaturalis spes habeatur in deo aliter quam

hobus aut brutis conueniat aut hominibus siue deo.

Duodecima miraculorum que legem cõmunem nesciunt crebra et pene coti diana per illos et propter illos q ad finem supernaturalẽ electi sunt ostẽtio.

Eliciuntur sex doctrine notãtes moraliter quid expedit obseruare sup iudiciis astrologie nomine coloratis.

Prima doctrina expediens est xpiano cuilibet ymo necessarium ad salu tem q non adhibeat fidem superstitionibus et sortilegiis merito suspectis de operatione demonum vel inuocatione aut de pacto cum eis secreto vel expresso. Sunt leges et decreta pro hac doctrina et biblia locis innumeris.

Secunda doctrina. Expediens est cuilibet catholico diligenter cognos cere prius si effectus qui promittitur vel expectatur fieri per aliquas ob seruationes habeat aliquam causam naturalem vel miraculosam quia si non tunc vehemens est suspicio q talis effectus prouenit ex operatiõe de monum fallentiũ et ex pacto cum eis latenti vel aperto. Et hoc permittẽte diuino iudicio in deceptionẽ consulentiũ vel confidentiũ in talibus prop ter curiositatem noxiã aliquid habẽdi vel sciendi.

Tercia doctrina. Expediens est non adhibere fidem hominibus promit tentibus q faciant effectus magnos et mirabiles nisi prius constiterit q sint xpiani et bonorum morum. Et q velint et offerant dicta sua vel artem deducere ad examen et iudicium peritorum in philosophia naturali et in me dicina iuribus et theologia. Alioquin haberi debent merito suspecti de fal lacia vel ignorantia vel heretica prauitate. Nam sicut lucẽ veritas amat sic odit falsitas.

Quarta doctrina. Expediens est pro principibus maxime et pro sua re publica q nec ipi nec sui familiares intimi et secreti dẽt fidem quibuscũque iudiciis etiã sub nomine astrologie vel alterius scientie palliatis nisi prius habitum fuerit consiliũ vel examinatio per peritos multos et graues viros in regimine reipublice. vbi prudentia maxime locum habet que innititur consiliis ex dictamine rationis et experientia multa collectis non ex sup sticiosis obseruationibus que deduxerunt semper in malũ finẽ principes cõfidentes in eis sicut nrõ etiã tempore satis et nimis expertũ est.

Quinta doctrina. Expedit illos qui dicũt se futura precognoscere vel mi rabilia secreta facere per astrologiã prius examinari diligẽter de cognitiõe ipsorum et de libris quales sunt et qualiter habiti et vnde cõpositi quia nõ est credendum cuilibet dicenti se astrologũ / sed probandi sunt et in publico audiendi sicut fit de medicis et aliis artificibus. Alioquin si tales non au deant in publicum offerre dicta sua debent haberi suspecti de supersticiõe fallacia vel heretica prauitate aut q non querunt nisi pecunias vel hono res sicut introductores vel fautores eorũdem faciunt prout millesies exp tum est in curiis principũ etc. Et adhuc prochdolor dicitur inueniri.

Sexta doctrina. Expediẽs est amatoribus principũ et totius reipublice

materiam istā astrologicoꝝ declarare vel declarari facere frequenter tam scriptis q̄ sermonib9 publicis ⁊ domesticis. Alioquin negligētia scientiū ⁊ scire debentium nocet hostiliter personis principum ⁊ eoruz saluti tam temporali q̄ eterne nocet regnis ⁊ politiis publicis. Nocet deniq̄ ipsis negligentibus vel impeditorib9 ad discrimē dānationis perpetue A qua nos eripiat dn̄s noster Jesus cristus Amen.

Fitur autem questio concernens omnia que dicta sunt in trigilogio astrologie theologisate ista videlicet. Utruz libri compositi p astrologos presertim infideles ⁊ ydolatras sint a catholicis tolerandi vel penitus extirpandi. Pro cuius dissolutione ⁊ precedentiū elucidatione notētur iste propositiones.

Prima propositio/ libri astrologici in quibus plura vera ⁊ utilia cōtinētur q̄ inutilia superstitiosa ⁊ falsa possunt tolerari seu tollerabiliter legi seruando illud apostoli Omnia probate quod bonū est tenete. Tales autem ut plurimū sunt libri qui de motibus ⁊ mensuris ⁊ cōiunctionib9 corporū celestium sunt editi ⁊ ex geometricis demonstrationib9 cū expiētia fundati sicut ē gloriosi9 almagesti.

Laudat. a. liber almagesti.

Secunda propositio/ libri astrologici in quibus plura inutilia supstitiosa ⁊ falsa ymo impia ⁊ sacrilega continentur q̄ vera ⁊ utilia debent a xp̄ianis omnibus euitari damnari destrui ⁊ penitus aboleri. Tales aūt erāt libri de quibus scriptum est Actuū. xix. ubi dicitur. Multi autez ex eis qui fuerunt curiosi sectati contulerunt libros ⁊ cōbusserunt oēs coraz omnibus ⁊ cōputatis preciis illoꝝ inuenerūt pecuniā denarioꝝ quinquaginta miliū. Ita fortiter crescebat verbum dei ⁊ confirmabat᷑.

Tercia propositio/libros astrologie multū expedit discernere quaten9 appareat qui sunt ⁊ qui non sunt tollerandi. Composuit super hac re reuerendissim9 Albertus magnus opusculū quod appellatur speculum Alberti narrans quomō tēporibus suis voluerunt aliqui destruere libros. Albumazar ⁊ quosdam alios Videt᷑ autez saluo tanti doctoris honore q̄ sicut in exponendis libris phisicis presertim paripatheticoꝝ nimiā curā apposuit. Maiorem inquā q̄ xp̄ianum doctorē expediebat nihil adiciendo de pietate fidei. Ita in approbatione quorūdam libroꝝ astrologie presertiz de ymaginibus de natiuitatib9 de sculpturis lapiduz de carecteribus de interrogationib9 nimis ad partem superstitionū declinauit ratione carētium. Sanctus aūt Thomas in suis operib9 minus attribuit hmōi supstitionibus ymaginū carracterū ⁊ interrogationū ymo ex intentione cū efficacia rationū reprobauit.

Quarta propositio/libros astrologicos qui tollerant᷑ ⁊ legūtur apud xp̄ianos sicut Ptholomei Albumazar ⁊ Haly non ideo oportet in autoritatem talez adducere ut credendum vel tenendum sit quicquid ex eis vel

nō debemus fidē adhibere ptholomeo albumasari ⁊ haly .s. ieor. iudicijs.

deducit᷑ vel allegatur. Falluntur in hoc plures astrologorum ⁊ simpliciū xp̄ianorum vel aliorum non imbutorū litteris sacris qui protinus vt legunt vel audiunt aliqua de libris talium credunt vel assentiunt cū tamē reperiantur illic errores contrarii fidei. Nec mirū cuȝ etiam in libris Aristotilis Auicenne Auerrois ⁊ aliorum qui cotidie leguntur simile inueniat᷑. Sed cautissima religiositate prouisuȝ est in preclara artiū facultate alme parisieñ vniuersitatis tam per articulos pisieñ q̄ȝ per statutum iureiurando firmatum per quemlibet qui licentiat᷑ in artibus vbi sententialiter sic habetur. Jurabitis ꝙ cum continget vos determinare aliquaȝ questionē in philosophia illam sp̄ pro parte fidei determinabitis ⁊ rationes philosophi in oppositum factas dissoluetis. Quantomagis esset hoc obseruandum in libris astronomicis qui de iudiciis compositi sunt per infideles ⁊ ydolatras. vbi multa posita sunt ex superstitionibus ydoloruȝ ⁊ cultibꝫ demonum ⁊ fallacibus responsis ipsorū. Ex quibus processit modꝫ compositionis ydolorum quos deos appellabant loquētes ⁊ prophetantes et mirabilia operantes prout loquitur Hermes trimegestus ⁊ refert Augustinus. Vnde ⁊ multa traduntur in dictis libris que nullā penitus rationeȝ introducunt nisi per modum narrationis / ꝙ in tali constellatione sic eueniet ⁊ in altera aliter. Et tamen astrologi supersticiosi plus inuenire se dicunt veritatis ⁊ certi euentus ex talibus regulis q̄ȝ ex illis q̄ naturali ratione fundantur sicut de ventis ⁊ pluuiis ⁊ aliis impressionibus metherologicis. Cum autem pauci sint astrologi ymo nulli intromittentes se de iudiciis astronomicis qui non insequant᷑ tamq̄ȝ pro fundamētalibus regulis predictos libros astronomicos ⁊ similes. Concluditur hic pro doctrina xp̄iana ꝙ salubrius ⁊ tutius ⁊ deo acceptius est cōtēnere talia iudicia cum suis autoribus q̄ȝ dimissis aliis vtilioribus studiis suā talibus cognoscendis ⁊ practicandis curam dare rursus additur ⁊ altera doctrina ꝙ salubrius tutius ⁊ deo acceptius est non requirere ymo nec p̄mittere fieri iudicia publica super euentibus humanorum actuū quemadmodū dicū᷑ aliqui in ytalia ⁊ studiis vniuersalibus attemptare. Ratio quia miscent multa falsa ⁊ supersticiosa ⁊ contra experientias insequentibus manifestas. Et terrent inde reges ⁊ regna principes ⁊ principatus ⁊ homines de omni statu ⁊ per vanos timores vel stultas promissiones malorum vel bonorum euentuum eos aliter agere q̄ȝ vera ⁊ recta ratio moralis dictaret inducunt. Porro magnum faceret obsequiuȝ xp̄ianitati collegium aliquod theologoꝝ si libris astronomicis diligenter inspectis notarent singillatim passus suspectos aut palam erroneos ⁊ hereticales contentos in eisdem quemadmodum factum reperitur. Neduū de libris Aristotilis Auicenne ⁊ Auerrois / sed etiam de quibusdam libris catholicorū sicut notati sunt passus vel articuli in quibus magister cōmuniter non tenetur. Postremo si libri magicoꝝ ⁊ supersticiosoꝝ aliorū sub velamine astronomie

lll v

iurat oēs teologi ⁊ philosophi ī parisio ꝙ quēlibȝ questione p̄ eos determinādā ꝙ ipā determinabūt sp̄ pro p̄te fidei

vel philosophie se palliantium qui iam inuenīunt fuisse damnati cum auctoribus suis custodirentur alicubi sine periculo manifestationis vel abusus videretur expediens quatenus resurgentibus vel occurrentibꝰ materiis similibus confestim haberetur damnationis facte modus sicut euenit parisius de libris. Joannis de Barro magica supersticiosi cōbusti quales adhuc reperiuntur in hyspania sub titulo semaforas. Sicut insuper notatus est rotulus quidam magnus quem ingerebat clandestine quidā vespetilionē se nominans. Et in prohemio articuloꝝ parisieñ aliqui tales nōti dānatiqꝫ sunt. Superaddamus illos nedū fatuos eē sꝫ puersos cristianos qui solent quasi iocando dicere/ qualis mihi cura est quis me sanet/ quis victoriam quis diuicias quis honorem det/ quis deniqꝫ adiuuet sit deꝰ sit dyabolus dummō proueniat id mihi quod exopto. Dum ergo dicitur alicui ex principibus. Ecce domine tales homines per suam artem faciūt magna ⁊ mirabilia ⁊ sciunt futura predicere ⁊ victoriam de hostibus ꝓmittere si credat eis ⁊ si fiant ea que iusserint. Respōdeat princeps plena fide ⁊ inquirat sunt ne tales homines sancti dei q̇ ex reuelatione ⁊ gratia sibi diuinitus concessa hoc eis promittunt. Et si tales sunt credi poterit eis dum probabunt ⁊ dum nihil iubebunt nisi sanctum ⁊ diuina lege cautum maxime si fuerit dictis eoruꝫ vita concors ⁊ probata nedū vulgari rumore sed iudicio sapientum qui frenetcas illusiones a veris sciunt reuelationibus separare. Si vero tales homines mira promittunt se facere per philosophicas disciplinas vt per medicinam vel perspectiuaꝫ uel geometriam respondeat princeps ꝙ studentes de vniuersitatibꝰ publicis magis in tali re sunt credendi si ratio consonet naturalis. Demū si tales ꝓmissores mirabilium neqꝫ miraculis neqꝫ ratione naturali se fundāt illos habeo suspectos supersticiosos repellēdos. Auertat dominus a me xp̄iano seruo suo vt velim abnegare fidem suam vel in eius legem quomodolibꝫ peccare pro quocūqꝫ comodo temporali cōsequēdo. siue sit sanitas corporis siue victoria in bellis siue opulentia in diuitiis. Non enim nego talia quandoqꝫ deo permittente prouenire ministerio demonū ⁊ hominū eis dediторum sicut magi pharaonis multa fecerunt similiter ad moysen sed nō est bonum mihi relinquere baptisma meum/ fidem meam/ legem meā etiaꝫ vsqꝫ ad mortem propicius sit mihi deus Amen.

libros iohānis de barro magici cunbusti ī parisio adhuc reperit in hispania sub noīe semaforas.

Explicit opusculum astrologie theologisate editū A venerabili mḡro Joanne Gerson cancellario parisiensi.

Culpat apostolus eos qui dies obseruabāt ꝛ ānos quales mlti sunt qui dies egiptiacos putāt infaustos ymo ꝛ diē innocentū per totū anni circulum pestiferum esse credunt/contra quos fit talis argumentatio. Si dies innocentum dicitur infortunatus vel infaustus ad aliquid incboandum ꝛ alii dies consequenter per totum annum similiter situati oportet dare causam radicalem huius infortunii quia nullus effectus est sine causa faciente sumet᷑ ergo causa altero modorū subsequentiū sufficienti diuisione. Primo vel ex dispositione syderum secundum astrologiam. Secundo uel ex dispositione corporum inferiorū secundum medicinā. Tercio vel a formali conditione seu a tota specie secundū naturalē philosophiam. Quarto vel ex indispositione morum scd3 moralē philosophiā. Quinto vel ex diuina ordinatione secūdū theologiam. Sexto vel ex demonum actione secundū artem magica3. Septimo vel ex sanctorum innocentum merito seu operatione secundū religionem xpianam. Octauo vel ex obseruantium fantasia vl' ymaginatione q̄ allegat experientiam. Sed nulla causarum istarum sufficiens est aut rationabilis vt hec ponatur obseruatio nec omnes simul. Talis ergo obseruatio vana est ꝛ reprobanda. Et primo de quinqꝫ prioribus causis arguit᷑ per indirectum ꝛ per locum ab autoritate ꝙ dari non possint vnde si det᷑ causa per astrologiam interrogandi sunt astrologi ꝛ inueniendu3 erit hoc esse contrarium suis regulis atqꝫ principiis/quoniam astrologi variant sua iudicia secundum varietatem horoscopi id est positionis syderu3 ita ꝙ non possit confici almanac vnius forme perpetuū/ quia dies lune exēpli gratia. q̄ mō indisposita uel infausta secundū regulas eoꝝ si etiā erūt vere erit in ebdomada sequenti dispositionis alterius. Attēdo maxime ꝙ in eis qui concernunt arbitrii libertatem astra non imponunt necessitate3 iuxta dictum Ptholomei ꝙ sapiens dominatur astris. Et hec ratio fieri solet efficaciter contra signationem que reperit᷑ in kalendariis de diebus egitiacis seu piculosis. Consequenter per locum sic ab autoritate argueretur de medicinis sic de philosophis naturalib⁹ sic de philosophis moralibus sic de theologis. Nam cuilib3 expto in sua arte credendum est magis q̄ꝫ ydeotis ꝛ inscijs. Nec oportet satagere ad repationem subtilem per pricipia predictaꝝ scientiarum contra tales inexpertos quia nec intelligerēt nec assentirent. Si autem credere nolunt edoctis gratis errant ꝛ vltro se seducunt. Superest igit᷑ discurrere per alias tres causas/ꝛ primo de actiōe demonū si allegetur ꝙ causant infortunium hoc manifeste vergit in ydolatriam si querantur placari per nihil agendū tamq̄ꝫ plus in hoc timeāt᷑ q̄ꝫ deus ipse ꝛ sancti sui. Rursus quia non tantū illis diebus sed assidue sicut dicunt Petrus ꝛ Paulus Aduersarius noster dyabolus tamquā leo rugiens circuit querens quem deuoret cui resistendum est fortiter in fide non in noua ꝛ vana supsticione. Preterea deducūt sacri doctores pcipue

ratio pque nobis dies infaustos

ratio astrologorum

sic de medicis & phis & theologis

Augustinus tales agere illicite ꝛ contra baptismalem sanctitatem. Ita ꝙ
euenit iam baptizatis per tales obseruationes illud de euāgelio. Dum
immundus spiritus exierit ab homine scꝫ in babtismo sequitur ꝙ reuertens
adducit septem spiritus nequiores se ꝛ fiunt nouissima hominis illius q̇
eos recepit peiora prioribus. Melius ē eniꝫ veritatē nō agnoscere ꝙ̄ per
uerse post agnitionem viuere. eamqꝫ verbis aut factis abnegare Rursus
attendatur hic nullum diem esse que non plena sit infortuniis nūc istoꝝ
nunc illorum pro quibus tamen non est dies quilibet euitādus aut timē
dus. sed hominum infelicitas est culpanda quorum actiones male faciūt
iuxta verbum. Aug9. dies malos. Demqꝫ nihil est fallacius vulgi traditi
onibus que sepius de nō causa causam faciunt. Exempli gratia precipi
tabitur aliquis ab equo effreno ꝛ indomito in via lubrica uel in flumine
submergetur confestim vulgares vt audierint assignabunt huiusmodi in
fortunii causas diuersi diuersimode q̇ tamen nullatenus sunt cause hui9
casus. Dicit vnus ꝙ in exitu domus obuium habuit cattum vel leporem
ꝙ in egressu hospicii offenderit pedē vel ꝙ male camisiaꝫ euersam indue
rat aut calceus dexter ꝓ sinistro acceptus fuerat quod signū cesar Augus
tus sibi reputabat infaustissimum. Dicet alius. Ecce mala dies ꝛ infortu
nata vel egra. Dicet alius Ego sic somniaueram crocitabat coruus super
tectum aut bubo cum stridore superuolitarat uel gallus preter horaꝫ vocē
dederat. Dicet alius Luna quarta erat vel septima aut Sol in ortu suo
hibet obuolutus palluerat aut stella decidens per aerem micauerat l' sicut
apud Comicū legit'. Introiit in edes ater alienus cattus/anguis ꝑ inplu
uium decidit de tegulis gallina cecinit interdixit ariolus aruspex supple
vel astrologus vetuit āte vimina noui negocii aliquid incipere. Alii vero
traducent ad mores dicentes homi tali non poterat contingere bene qui
sic ꝛ sic egerat vel rapiendo bona vicinorum vel fraudando vel blasphe
mando aut qm̄ ex iniustis aut reprobis parentibus traxerat originē. lon
gum esset prosequi quibus falluntur homines inducentes pro se experien
tiam quasi certam ꝛ fundant confictiones inanes ꝛ falsas. Si autē allige
tur alia causa ꝙ propter occisionem innocentum prouenit illō infortuni
um in tali die nedum in proprio ꝛ solo festo/ sed consequenter per totum
annum. Istud caret ratione alioquin theologi ꝛ viri religiosi deberēt istā
obseruantiam magis cognoscere ꝛ custodire. Cuius oppositum inuenit' qꝛ
dissuadent illam ꝛ irrident. Dicunt preterea ꝙ hoc agere non cedit in ho
norem dei vel sanctorum innocentum vel ad salutem corpaleꝫ vel spiritu
alem sed vergit ad contumeliam dei ꝛ sanctorum innocentuꝫ ꝛ ad pernitiē
corporuꝫ ꝛ animaꝝ. Rursus talis honor magis deberetur si esset rationa
lis domino nostro Jesu xp̄o ꝛ gloriosissime matri sue in suis et pro suis
festiuitatibus ꝙ̄ in festis innocentum. Relinquitur ergo ꝓ causa octaua
ꝙ talis obseruatio confingitur tenet' uel exercet' ex sola hoim fantasiatiōe

vł melācolica ymaginatōe · Et hec fantasiatio superstitiosa ꝛ corrupta
prouenit in hac materia sicut et in mille ymo in mille millibus aliis simi
libus ex variis seductionibus seu corruptela multiplici virtutis fantas
tice in hominibus tam ex lesione intrinseca cerebri sicut testant᷑ medici ꝙ
infinite sunt species melancolie sicut in somniantibus ita frequenter inui
gilantibus ꝛ semidormientibus et manifeste in mł'tis egritudinibus · Pro
uenit rursus hec lesio ab intrinseco iusto dei iudicio ꝑmittente per dyabo
licas illusiones sicut per autoritates ꝛ hystorias posset introduci · Sunt
preterea cause particulares alique tam per se ꝙ̃ per accidens que tales fā
tasias ꝛ superstitiones ꝛ ꝑut vulgo dicit sorcerias causant aut nutriant
qui omnes ad duas radices premissas possunt trahi · Prouenīūt eniꝫ hu
iusmodi false credulitates ꝛ conficte obseruationes quandoqꝫ · Primo ex
demonum suggestione ꝛ illusione ad animaꝝ damnationē ꝛ fidei xp̄iane
subuersionem ꝛ sanctorum infamationem · Vel secundo ex gentilium ꝛ pa
ganorum ꝛ aliorum infideliū derelicta in principio conuersionis ad fidē
xp̄i superstitione. Vel tercio ex poetaruꝫ confictione · Vel quarto ex magi
corum maligna traditione. Vel quinto ex fomitis originalis corruptōe
sicut in vi concupiscibili ita ꝛ rationali · Vel sexto ex fantasie vel yma
ginatiue virtutis debilitatione. cuius signum est ꝙ vetule pueri puelle et
ydeote promiores sunt ad tales superstitiones credendas vel obseruādas
Unde ortuꝫ habuit illud de vetulis epithecon. Vetule sortilege gallice vi
gelles sortires . Iuxta quod vnus predicans aliquando coram rege et
nobilibus dixit · Solebat inquit a proprietate dici vielles sortieres
videant domini nobiles ne trahant ad se vt dicatur . Nobiles sorcieres
gallice nobiles sortelegi · Et qui vidit testimonium perhibuit. Attendendū
illud psalmiste ad dominum · In manibus tuis sortes mee · Qui dat ꝑ hoc
intelligi non in superstitionibus ꝛ sortilegiis hmōi ficticiis ꝛ plerumqꝫ
noxiis esse confidendum · Retrahunt enim spem a deo qui superstitionib⁹
se occupant in moribus inquietant obsunt autem communiter reipublice
ꝛ viam ad hereses aperiunt . Vel septimo prouenit hec corruptio iudicii
rationis ex primeua a puero per stultas matres ꝛ nutrices enarratione.
Delectantur enim dicere fabulas admirabiles · Et puerilis etas imbuta
talibus vix repellit/qꝛ. Quod noua testa capit inueterata sapit. Vel octa
uo ex humano timore ꝛ diffidentia diuini auxilii ꝛ curiosa sciēdi futura
libidine sicut patuit in saul ꝛ in aliis sine nūero · Vł nono ex superba pre
sumptione hominuꝫ qui volunt reputari scire mirabilia ꝛ despiciunt eru
ditos in scientiis ꝛ inducunt pro autoritate quicquid ymaginant᷑ ꝛ max
ime si fuerint in terris longinquis ꝛ audierint stulticias aliarum sectarū
aut hominum sibi similium. Vel decimo ex certa ꝛ excogitata confictione
ad fallendum illos ꝛ irridenduꝫ quemadmodū fit apud aliquos pueros
scolasticos vel alios trufatores · Vel vndecimo ex lectione quorumdam

romanciorum id est librorum compositorum in gallico quasi poeticoruz de gestis militaribus in quibus maxima pars fabulosa ē magis ad ingerendam quandam nouitatem ꝛ admirationez ꝙ ad veritatis cognitionē Vel duodecimo ex inobedientia ad diuinam legem ꝛ ex modica eius reuerentia vel cognitione. Cuius signum est ꝙ tales supersticiosi citius crederent verbis ꝙ scriptis vel narrationibus fabulosis quamtumlibꝫ in apparentibus ꝙ diuine autoritati ꝛ suis doctoribus ymo ꝛ facilius inducūtur dificilia valde operari vt in ieiunijs ꝛ ceteris votis ꝛ orationibus prout dicūtur vota sancte katherine ꝙ possent induci seruare legis xp̄iane facilia sicut sunt ieiunia per ecclesiaz instituta qualia ōnia citius frāgerent ꝙ dimitterent suas supersticiones longe difficiliores q̄ nec vtiles sunt sed in damnatione animarum ꝛ sepe corporum agunt q̄ preterea faciunt ꝛ accersiunt infortunium sicut dicitur ꝙ ymaginatio facit casum. Prorsus vnum pro talibus salubre est remediuz credere pitioribus ꝛ eis qui in lege dei recte viuunt ꝛ docent. Alioquin talibus prout supra tangebatur fiunt in casum ratiocinationes ꝛ portabunt iudiciuz suū sed vtinā soli/quoniaz voluntarie se seducunt ꝛ alios secum trahunt prout vnus principum tempore nostro dum induceret̃ut quereret consiliū a sapientibus quos sciebat esse tales ꝛ sibi beniuolos vtrum licite essent supersticiones quas exercebat ꝛ credebat. Respondit. Cur inquirerez a talibus. Ego enim scio ꝙ disconsulerent mihi ego tamen sic agere ꝛ sic credere penitus disposui nec obmittam. Et in hac infelicitate positus ꝛ ꝓuentus morte repentina destitit vellet nolle nunc cognoscens quoniaz odit dominus obseruantes vanitates superuacue. Et econtra. Beatus vir cuius est nomē dn̄i spes eius ꝛ non respexit in vanitates ꝛ insanias falsas.

Opusculum Joannis de Gerson contra supersticiosam dieruz obseruationem. Finit feliciter.

c Vius est ymago hec ꝛ superscriptio. Conformiter ad casum propositum de leonis ymagine pro curatione renum. Notentur duodecim propositiones cū additis que sequūtur/quaꝝ prima est hec.

Prima propositio/ ymaginum que astrologice nominātur fabricatio ꝛ vsus suspectus est plurimū de supersticione ꝛ ydolatria seu magica obseruatione qđ patebit ex sequentibus.

Secunda propositio/ymaginū huiusmodi fabricatio ꝛ usꝰ rationabiliter prohibitus est per sacros doctores ꝛ ecclesiam.

Tercia propositio ymaginum huiusmodi fabricatores possunt ꝛ debēt per suos superiores prohiberi inquiri ꝛ culpari. Et si parere noluerint cōdemnari non obstantibus palleatis allegationibus suis sub titulo astrologie/ maxime quādo non sunt in hac sciētia bene periti secundū terminos

a veris astrologis nō ydolatris constitutos. Ponuntur ad istarum pro positionū declaratione quedā regule fundamētales quaꝝ prima erit.

Quarta in ordine propositionū ista scz. Omnis obseruatio cuius effec tus exspectatur aliter q̄ per rationem naturalem aut per diuinuz miracu lum: debet rationabiliter reprobari ꝛ de pacto demonuz expresso vl' occul to vehemēter haberi suspecta. Sic determinauit tpe nr̄o sacre theologie fa cultas parisieñ vniuersitatis.

Quinta propositio. Omnis obseruatio quātumcūqꝫ sancta ꝛ salubris videatur in decem aut viginti aut centum pticulis. Si habeat vnicā parti culam ex ydolatria vel heresi vel de apostasia suspectam aut infectam. de bet tota suspecta ꝛ īfecta reputari nisi fiat mā̄ifesta sepatio p̄ciosi a vili

Sexta propositio. Oīs obseruatio pticularis sup effectib⁹ mirabilibus ꝛ extraneis sub titulo verarum artium palliata debet examinari ex circū stantiis librorum et autorum qui obseruationem huiusmodi particularē tradiderunt. Ponuntur consequēter propositiones seu regule ad decla rationem premissorū ꝛ ad particularē applicationē super ymaginē leonis de qua fit inquisitio. Et ē prima/ꝛ septima propositio in ordine caracte res seu figure vel littere non habent vel sortiunt' ex causa pure naturali ꝛ corporali efficaciaz sicut nec entia mathematica cuius modi sunt figure ꝛ caracteres sunt de potentiis actiuis ꝛ in eis secundum philosophū non est bonum neqꝫ finis.

Octaua propositio. Caracteres seu figure vel littere non habent de ra tione sua ꝙ ordinentur ad aliquos effectus nisi mediante rationali vel intellectuali substantia. Significare eni est in intellcū constituere.

Nona propositio. Caracteres huiusmodi si habeant uel habera credan tur efficaciam/oportet ꝙ hoc sit a causa spirituali non a pure naturali ꝛ corporali qualis causa est celum cum influentiis suis in corpa. Accipiat' ex precedentibus regulis consilium quid agenduz sit in materia presenti de ymagine leonis cum circumstantiis. Et sic hec propositio decima in or dine. Constat in primis ex inspectione ꝙ ibi sint Caracteres littere figu re ꝛ dictiones que nullum habent effectum naturalē pure corporaliter ad curationem morbi renum ꝛ similium secundū propositioneꝫ septimā p̄ce dentem Juxta quod notetur in speciali sanct⁹ Tho. qui tribuit astrologie quantum rationabiliter tribui potest ad exemplar Alberti magni magri sui consone tamen ad fidem catholicam. Notetur inquam in secundo ꝛ ter cio contra Gētiles ī mltis capitul' a. cxiii. ꝛ specialiter in. cxvii. ꝛ cxviii.

Vndecima propositio. Constat ꝙ talis obseruatio nō est posita ab ec clesia ꝛ sacris doctoribus tamqꝫ eueniat effectus speratus per miraculuz diuinum ymo nec per sanctos angelos dei qui sunt āministratorii spirit⁹ propter electos dei ad vitam eternam magis q̄ ad curam corporaleꝫ. Et medic⁹ seu astrologus verus nō habet se multū intromittere de actōibus

sanctorum angelorum circa homines patet ex immediate precedente cum inspectionibus iurium.

Duodecima propositio. Constat q si talis obseruatio innitat' et expec tat effectum a malis angelis seu demonibus illa est manifeste et penitus reprobanda etiam si videatur finis bonus vtilis et honestus. quanto magis si finis esset malus vel suspectus sicut est inter alios finis questus per simulationem astrologie aut mirabilium effectuum super quibus admirā tur homines seculi pauce religionis aut fidei. Verumtamen circumstantie predicte magis apparebunt iuxta practicam primarum prepositionū si reperiatur coniunctio istius obseruationis de ymagine leonis cū aliis ob seruationibus contentis in autoribus vel libris tradentibus huiusmodi figurationem. Et hoc ideo dicitur quoniaz temporibus nostris inuentus est liber magnus continens tales obseruationes quaruz alique videbant' pie et vtiles. Alie vero manifestissime erant condemnande ydolatrice et de heresi vehementer suspecte/ et quoniam tales fuerunt etiam erant igni tra dite pio zelo. Tales sunt multe obseruationes apud hyspanos in libro se naforas/tales apud iudeos innumere/tales apud xp̄ianos supersticiosos sicut de Nescio quo sydrac. Tales denicꝫ practicari querunt' nedū per ve tulas sorcerias sed per multos arma sequentes etc̄.

ydolatrice et heresi. que i libro senaforas apd hispanos.

Postremo totiens occurrit ista materia q si quolibet causa scribendū esset scribendi nullus esset finis. Poterit inter alia videri tractatul9 de as trologia theologisata specialiter circa finem. Concluditur tandē ex om nibus practica super hoc casu particulari postq̄ facta fuerint que predic ta sunt summarie et de plano sine inuolutione processuum maxime si dela tus reddiderit se obedire paratum sine proterua defensione prohibeatur ei de futuro q amplius non vtatur/ sed antidotis medicine cuius dicitur professor. De preteritis autem sufficiat sine quauis infama delati q ho nor iudicii fidei cum prelato et officiarus suis maneat stabilitus Et ita in catholica et fraterna caritate consulendū est q delatus taliter obediat sine strepitu et figura iudicii et per iudicem ita fiat. Si autem inueniatur proterua defensio non proteruie rigor sz iusticie vigor accedat. Particu laris modus reparandi poterit esse talis. Postq̄ plenius et melius infor matus sum de fabricatione et vsu talium ymaginum q non sunt secundū catholicam traditionem promitto bona fide q deinceps nequaq̄ vtar ill' Aut si mitius velit iudex agere dicatur hoc per alium in tercia persona. Postq̄ talis delatus etc̄. fuit melius informatus etc̄. promittit etc̄. Iudex finaliter poterit declarare sententias excommunicationis contra omnes tales etc̄. Proinde non valet allegatio quorumdaz ex hystoria scolastica q moyses fecit ymagines vnam pro obliuione alteraz pro memoria. Et Salomon exorcismos quia viris sanctis concurrebat miraculum. Vel si Salomon iam erat peruersus ad ydolatriam per vxores potuit datus in

reprobum sensuȝ excogitare magicos ritus sicut de Nectanabo legit᷑ ⁊c̄. et de Zoroaste qui nascens risit ⁊ postea magicas artes exercuit. Deniqȝ Auicenna ⁊ similes de actiuitate anime rationalis in materiam exteriorē ⁊ fascinatione nō sunt audiendi in modo ponendi.

Joannes Gerson aduersus doctrinam cuiusdam medici in monte pessulano sculpentis in immismate figuram leonis cū certis carrecteribꝰ pro curatione renum Finit feliciter ⁊c̄.

Prima propositio. Omne opus dei altissimi sanctum est ⁊ laudabile. Probatur hec propositio ratione ⁊ autoritate ratione sic quia a bono ⁊ optimo non exit seu producitur nisi bonū. Deꝰ altissimus omniū creator est summum ⁊ optimuȝ bonum ergo ōnia opera eius bona sunt. Autoritate patet conclusio p illō geneß primo Vidit deꝰ cuncta q̄ fecerat ⁊ erant valde bona.

Secunda propositio Omnes dies anni sunt opera dei altissimi deducitur ex textu genesis primo vbi per totum capitulum describuntur opera sex dierum ⁊ qualiter prima dei opera fuerunt dies ⁊ anni. Primum autē bonum a bono incipit operari. Hoc ideȝ testatur regius propheta Dauid ita psallens domino/ Tuus est dies/ ⁊ tua est nox tu fabricatus es auroram ⁊ Solem. Quo circa canit ecclesia. Eterne rex cōditor noctē dieqȝ q̄ regis ⁊ tēporū das tpa ut alleues fastidium.

Tercia conclusio. Omnes dies anni boni sunt Ista conclusio clare patet ⁊ sequitur ex duabus prioribus quia dies ⁊ anni sunt opera singularia summe ⁊ infinite bonitatis. Optimi autem est optima adducere. Dicere ergo diem aliquem esse ex natura sua malum est iniuriari deo q̄ artifex dieꝝ ē ⁊ ānoꝝ. Opus nāqȝ malū malitiā arguit opificis.

Quarta propositio Omni anno omni die ⁊ hora diei bonum ⁊ laudabile est opera quelibet sancta licita ⁊ honesta incboare facere operari ⁊ perficere Patet quia sicut dies ⁊ anni ac etiam hore diei a deo creatore ꝓdeunt ⁊ ducuntur sic ⁊ omne opus sanctum licitum ⁊ honestum quod omni die ⁊ hora incboatur ⁊ perficitur a domino dirigitur incboatur ⁊ perficit᷑ dicente xp̄o. Sine me nihil potestis facere. Et rursus euāgelista. Joānes ait. Omnia per ipsum facta sunt ⁊ sine ipso factuȝ est nihil. Intellige conclusionem nisi precepto dei vel ecclesie illud opus inhibeatur sicut in diebus festiuis aliqua opera laboriosa prohibent᷑/ alias bona nisi ꝓhiberentur operari [illegible]to die.

Quinta propo[illegible]o. Supersticiosa est vana religio ac merito redarguēda est non incboare [illegible]erari vel perficere certis diebus aut annis opꝰ bonum vel factum ab ecclesia non prohibitum. Istud est expresse de mente

apostoli ad galathas quarto capitulo vbi arguit et reprehendit illos ita dicens. Obseruatis dies et menses et tempora et annos. Sequitur: timeo autem ne forte sine causa laborauerim in vobis. Item si timet aliquis vel recusat aliquod opus bonum agere vel incboare certo die/ vel hoc est propter reuerentiam uel sanctitatem diei quia vult diem illum sanctificare et si sic multo magis deberet abstinere ab incboatione alicuius operis diebus solēnibus vt sunt festa sacratissima. Natiuitatis cristi Resurrectionis dominice Ascensionis/ et Aduentus spiritus sancti quod nō faciunt obseruatores dierum et annorum. Vel talis obseruantia fit propter deuotionem ad sanctos quorum dies agitur. Vel quorum celebritas tali die festiuatur talis deuotio nullum habet fundamentum et etiam nullam habet rationem preter solam voluntatem obseruantis tales dies. Quod si dicant se tales dies obseruare propter euentus et pericula que consueuerunt euenire his qui incboant aliquod opus vel iter aliquod hoc vanum est et superstitiosum ac sine aliqua ratione. Quolibet enim die anno et hora diei et bona et mala contingunt. Sic ergo periculum dicetur quolibet die aliquid incboare. Vel dicatur ratio a talibus qui hec obseruant quoniam nec philosophi nec medici ymo nec astrologi docent tales obseruantias de festo innocētium vel aliis festis voluntaria ergo est et absque apparentia rationis alicuius talis obseruantia predicta.

Sexta propositio. Sicut vera et xpiana fides mirabilia operatur in bene credentibus sic et falsa aut mala credulitas deo permittente malos euētus interdum operatur vel demeretur. Primam partem ad longum deducit per exempla quam plurima. Apostolus ad hebreos. Sed et de virtute fidei ipsa euangelia multa loquuntur. Secunda pars conclusionis experitur cotidie in male credētibus seu credulis quos deus ita punit propter malam fidem ymo dum cognoscit dominus nimium adherere vanis obseruantiis permittit aliquos euentus contingere et ita eos plus cōsequenter et magis firmari in tali opinione vt maior fiat veritas eorū et in laqueum cadant quem sibi fecerunt. Preterea dum ymaginatio taliter obseruantium dies et annos actuatur vltra nimis circa tales dies quicquid euenit mali tali die imputant malicie diei. Nec aspiciunt ad ea que bene aut prospere successerunt tali die a deo. Et occupatur vis ymaginatiua circa aliquos euentus minus bonos intantum quod non potest cōuerti ad alia bona que illo die contingunt. Quare periculum est firmare fidem vel credulitatem que tollit ōe iudiciū et omnem rationem ad oppositum. Vnde merito permittit deus tales decipi et in laqueos sue credulitatis vane incidere. Reiciat ergo fides catholica ac iudicium expertorum seu virorum litteratorum tales varietates seductiones et superstitionū obseruantias.

Septima propositio seu conclusio. Victoria belli non diei sed soli deo tribuenda est. Patet quia attribuere tantum opus vt est victoria diei est

tollere deo honorem debitum cuius est vincere. Qz autẽ victoria sit soli9 dei/habetur in multis locis scripture sacre vt in libris regũ palipomenon ꝛ machabeorum. Hoc testatur ꝛ rex sapientissimus. Salomon prouerbiorum vicesimoprimo sic dicens. Equus paratur ad diẽ belli domin9 autẽ salutem tribuet. Propterea Dauid rex deuotissimus quotienscumqꝫ pugnaturus erat consilium dei ꝛ auxilum quesiuisse ꝛ inuocasse legitur. Inde ẽ ꝓuerbiũ vulgare. Les homessant sont la gwerre ꝛ dieu la victorie ꝛc.

Joannes gerson Cancellarii parisieñ Opusculuz contra supersticiosos dierum obseruatores. Finit feliciter.

Esta Registrado 3122





QUINTO CENTENARIO

CESAR OLMOS PIERI, editor, impresor y director técnico-artístico de la colección «Tabula Americae» de Testimonio Compañía Editorial, S. A.
CERTIFICA: que del IMAGO MUNDI, cuyo original se encuentra en la BIBLIOTECA COLOMBINA DE SEVILLA, se ha hecho una edición facsímil, de 980 ejemplares, numerados del 1 al 980 con destino exclusivo a los mercados internacionales, por lo tanto no comercializables para España (existiendo otra edición nacional de 1.097 ejemplares de venta exclusiva para España), en coedición con el
QUINTO CENTENARIO
TESTIMONIO COMPAÑIA EDITORIAL
correspondiéndole al presente ejemplar el

número ...121...

Madrid, cuatro de julio de mil novecientos noventa





CON EL PATRONAZGO DEL SECRETARIO GENERAL DEL CONSEJO DE EUROPA

Edición dirigida por: CESAR OLMOS
DEPOSITO LEGAL: M - 28697 - 1990
I. S. B. N.: 84 - 86290 - 29 - 5
Printed in Spain
TEyPE, S. A. Sauce, 30 - Torrejón de Ardoz - Madrid

